DE PSEUDOPHOCYLIDEA

AUCTORE

Doct. ALMO ALOISIO ZANOLLI

IN GYMN. ATHEST. PROFESS.

VENETIIS
TYPIS ÆMILIANIS
1902

Omaggio dell' au

DE PSEUDOPHOCYLIDEA

AUCTORE

Doct. ALMO ALOISIO ZANOLLI

IN GYMN. ATHEST. PROFESS.

VENETIIS

TYPIS ÆMILIANIS

1902

Eq. Adv. PETRO TONO

SYNDICO ATHESTINO

CUIUS LAUDES

NON EST QUOD DICAM

RELIGIONI AC PATRIAE

NOTISSIMO

I.

Usque ad saeculi decimi sexti finem carmen gnomicum hexametrum, Phocylidis nomen prae se ferens, non indignum putabatur quod antiquo poëtae milesio tribueretur. Primus Fridericus Sylburg (illo saeculo exeunte) cum vestigia disciplinae judaicae et christianae in carmine deprehendisset, quod antea pro certo habebatur in dubium vocavit.

Joseph Scaliger antiquo Phocylidi poëma aperte derogavit; qui in « Obser. in Eusebium », (pag. 96) dicit: « .... totam illam poësim falso hactenus Phocylidi attributam, ubi invenient (studiosi) quo adhuc industriam suam exerceant », et iudaeo homini vel potius christiano [1]) tribuendum statuit.

Tum in varias discesserunt partes *οἱ κριτικοί*:

Is. Vossius (De Orac. Sibyll.), L. Wachler (De Pseudophocylide-Rinteln. 1788), Bleek judaeo, Rhode (De veterum poëtarum Sapientia gnomica) et Brunk christiano homini carmen tribuentes. Donec Jacob Bernays in singulari commentatione quae inscribitur: « Über das Phokylideische gedicht, ein beitrag zur hellenistischen litteratur ». (Wratisl. 1856), opinatus Judaeum, antiqui Phocylidis personam mutuatum, veteris testamenti praecepta versibus explicavisse, atque post Pto-

---

[1]) « ut negari non possit aut unum ex Hellenistis Alexandrinis fuisse, cujusmodi multi praestantissimi floruerunt sub Ptolomaeis, aut, quod vero proprius, Christianum » Scal. op. cit. p. 95.

lomaeum Philometorem, sed ante Neronem imperatorem vixisse, novam sententiam haud spernendis argumentis fulcivit: quem Otto Goram in diss. « De Pseudophocylide » [1]) Aristobuli discipulum extitisse conjecit [2]).

Quibus tamen opinionibus nonnulla adjungenda, nonnulla validioribus rationibus comprobanda aut etiam reicienda censeo.

II.

Apud primores patres christianae ecclesiae nulla hujus carminis mentio occurrit; neque est quod miremur, ait Goram, uti Scaliger mirari videtur, cum nihil inde eruere possent, sicut e libris aperte *ἐθνικοῖς* vel e sacris litteris consuerant.

Primo laudatur apud Stobaeum qui affert versus 124-31 (III, 26), addito nomine *Φωκυλίδου,* et apud Nicandrum Scholiastam Alex. (446), qui versus 171-4, deinde apud Hermogenem (p. 377) qui versum 162 [3]), demum apud Apostolium qui vss. 130, 40, 30 memorat (IV, 89 a; XI, 53 a; XVIII, 41 a).

1) In libro secundo Sibyllinorum oraculorum [4]) versus inter 55 et 149 Phocilydaei carminis versus 5-99 immiscentur. Suidas vero s. v. *Φωκυλίδου* haec habet: « .... *Ἔγραψεν ἔπη καὶ ἐλεγείας, παραινέσεις ἤτοι γνῶμας, ἅστινας κεφάλαια ἐπιγράφουσιν εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα* ».

Sed compilatum cum compilatore commutasse

---

[1]) in Philolog. 1859 pag. XIX.

[2]) Quod jam suspicatus erat Bernays pag. XIX.

[3]) « *ὁ ἐν Μιλήτῳ θεός φησιν· οὐδὲν ἄνευ καμ. καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον* ». Sed antiquo Phocylidi potius hunc versum tribuendum cum Goram censeo. (De qua re vide inf.)

[4]) quorum octo primores libros secundo saeculo post Ch. n. confectos esse recentes eruditi consentiunt.

planum est videre. Nam si post vss. 45-55 II lib. Sibyll. versus Pseudophocylideae deesent, eos minime desiderari certum est. Affero vss. 45-55 Orac. Sibyll.:

45. *Ἁγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,*
46. *Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει*
47. *Ἀθάνατόν τ' ἄχρι(ς) θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσιν.*
48. *Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον*
49. *Δώσει, τοῦδ' ἆθλον, καὶ τοῖς τὰ δίκαια νέμουσιν*
50. *Ἀνθρώποις πασί(ν) τε καὶ ἔθνεσιν ἀλλοδαποῖσι*
51. *Τοῖς ὁσίως ζώουσι, Θεὸν δ'(θ')ἕνα γιγνώσκουσιν.*
52. *Οἳ δ' ἀγαπῶσι γάμον τε γαμοκλοπιῶν δ'ἀπέχονται,*
53. *Δώσει πλούσια δῶρ,'αἰώνιον ἐλπίδα καὶ αὐτοῖς.*
54. *Πᾶσά τε γὰρ ψυχὴ μερόπων Θεοῦ ἐστι χάρισμα*
55. *Κοὐ θέμις ἀνθρώπους τὴν ἄλγεσι πᾶσι μιαίνειν.*

2) Si hos versus expendimus, non tantum scriptorem Christianum fuisse, verum etiam versus aliquos a Phocylide imitatum facile deprehendimus: versus 52 Sibill. conferendus cum Pseudoph. v. 3:

μήτε γαμοκλοπέειν μήτ' ἄρσενα Κύπριν ὀρίνειν. versus 53 in memoriam revocat Pseudoph. vss. 1, 2.

vs. 45 Sibyll. Pseudoph. vs. 12 ...... *τὰ δίκαια βραβεύειν.*

vs. 54 Sib. Pseudoph. versum 106:

« *Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών* »
Demum vss. 149-53 Sibyllinorum orac.

Οὗτος ἀγών, ταῦτ' ἐστὶ ἀέθλια, ταῦτα βραβεῖα
Τοῦτο πύλη ζωῆς καὶ εἴσοδος ἀθανασίης,
Ἣν Θεὸς οὐράνιος δικαιοτάτοις ἀνθρώποις
Ἔστησεν νίκης ἐπαέθλιον οἳ δὲ λαβόντες
Τὸ στέφος ἐνδόξως διελεύσονται διὰ ταύτης.

in memoriam redigunt versus epilogi pseudoph. carminis:

Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια, τοῖα βιεῦντες
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος ὁδοῦ —; necne versuum Pseudoph. 98

« ...... *ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται* » et 108 « ...... *ἀὴρ δ ἀνὰ πνεῦνα δέδεκται* » sensum juxta christianorum placita reddunt.

3) Alios insuper versus nonnihil immutatos, alios explanationis, vel amplificationis causa insertos: alios denique a dissentiente compilatore praetermissos offendimus [1]) Pseudoph. vs. 17 «*ψεύδορκον στυγέει Θεὸς ὅττι κεν ἄν τις ὀμόσσῃ* » cui statim subjungitur:

« *ἐξ ἀδίκων ἔργων δῶρον χερὶ μέποτε δέξῃ* « Sensit Sib. Or. Scriptor, ut acute Begk observat, obscurum esse vs. 18, itaque supplevit: « *ἐπαράσιμος, ὅστις ἕληται, Εἰς γενεὰς γενεῶν σκορπισμὸν βιότοιο* ».

Ante vs. 19 Pseudoph. inseruit:

« *Μὴ (μητ') ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ συκοφαντεῖν μήτε φονεύειν* « quem versum exhibet alter e duobus codd. Mutinensibus Pseudophocylideae. Ut vero alias interpolationes sub silentio praetermittam, ad versum 23 gressum facio:

« *πλερώσας σέο χεῖρ 'ἔλεον χρήξοντι παράσχου* » qui in libro II. Sibyll. ita legitur:

» *'Ιδρῶσι σταχύων χειρὶ χρήξοντι παράσχου* » Unde Bergk ante vs. 23 Pseudoph. aliquem versum « de spicis legendis » intercidisse optimo jure suspicatur, quum in Deut. XXIV, 19, ut jam Goram notavit, huiusmodi praeceptum inveniatur : « *ἐὰν δὲ ἀμήσῃς ἀμητὸν ἐν τῷ ἀγρῷ σου, καὶ ἐπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ σου, οὐκ ἀναστραφήσῃ λαβεῖν αὐτό. τῷ προσηλύτῳ καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ ἔσται......* » Versum 30:

« *ἔσται κοινός ἅπας ὁ βίος καὶ ὁμόφρονα πάντα* »
satis obscurum, ita mutatum praebent Sibyllini:

κοινὸς πᾶς ὁ βίος μερόπων, ἄνισος δὲ τέτυκται quem sequentibus prolixius explanat.

---

[1]) Vid. Bergk Anth. lyr.

Vss. 42-47 a loco, quem tenent, alienos esse cum neque prioribus neque sequentibus satis conveniant, jam sensit Sibyll. scriptor hos illis praemittens versus:

« *Μηδὲ θέλῃς πλουτεῖν, μηδ' εὔχου, ἀλλὰ τόδ' εὔχου*
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδέν τε ἔχοντα ἄδικον. »

Sequuntur deinde versus Phocyl. qui praeceptum traditum illustrant.

Ante vs. 48 praemittit vs:

Μηδὲ δόλους ῥάπτειν, μὴ πρός φίλον ἦτορ ὁπλίζειν

cuius primum hemistichium ex Pseudoph. v. 4 petitum esse liquet.

Et qui plura videre vult, omnes huius carminis adnotationes Bergkii videat, alia insuper aliis e carminis pseudoph. locis desumpta inveniet, si patienter librum II. Sibill. perlegerit.

Hic mihi innuisse sufficiat versus 13-15 Sibyll:

« ...... *ὅσσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτοις*
'Εκτρώσκουσιν, ὅσοι τοκετοὺς ῥίπτουσιν ἀθέσμως
Φαρμακοὶ καὶ φαρμακίδες......

e versibus 149, 183-4 Pseudoph. procul dubio conflatos:

149. *φάρμακα μὴ τεύχειν*......
184. *μηδὲ γυνὴ φθείρει βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός.*
185. *μηδὲ τεκοῦσα κυσὶν ῥίψῃ καὶ γυψῖν ἕλωρα.*

4) Omnia quae in II. Sibyll. libro addita vel interpolata sunt, quamquam neque Pseudophocylidis *γνῶμαι* aut numerorum elegantia aut sermonis urbanitate commendantur, at contra plurima verba et constructus noviciae originis prae se ferunt, procul dubio tamen etiam minus peritis multo deteriora apparent.

Quibus omnibus perpensis, iure meritoque haec inferri possunt:

α) Suidam compilatum cum compilatore commutasse.

β) Si secundo post Chr. n. saeculo liber II. Sibyll.

conflatus est (ut plurimis eruditis, hodie probatur), praecedentibus saltem saeculis Pseudophocyl. *γνώμας* tribuendas:

γ) Non modo vss. 5-99 Pseudophocylidis interpolasse, sed etiam alios versus imitatum esse scriptorem secundi Sibyll. libri, quod maxime ad eorum fidem facit.

Bernays a quodam byzantino grammatico duos primores versus consarcinatos putat, eiusque sententia his roborari argumentis potest:

α) Huius exordii oratio exilis est et verbis satis languidis contexta, dum poëma venustate quadam non caret.

β) Si huius poëmatis scriptor (ipse Bernays ait) se « *Φωκυλίδην ἀνδρῶν τὸν σοφώτατον* » appellasset, ipse fraudem, quam esset molitus, aperte, nimis candide ac satis inconsulte professus esset.

γ) Unus ex tribus codicibus Ambrosianis duos primores versus intervallo quodam a reliquis distinctos praebet. Immo in isto codice alii versus jambici in Phocylidis honorem antecedunt [1]). Igitur Bernays carmen a versu 3 initium capere opinatur.

Bernardy, Goram et alii eruditi totum proënium, idest septem primores versus abjiciendos malunt, atque poëma versu 8 — *πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο*

---

[1]) — *Στίχοι εἰς τὸν Φωκυλίδην* —
Ὁ Φωκυλίδης εὐπρεπῆ ζῆσας βίον
ὡς χριστομύστης, ὡς ἀπόστολος μέγας,
ὡς ἀκροατὴς τῶν Θεοῦ θεπισμάτων
καὶ μυσταγωγὸς τῶν ἀρίστων πρακτέων,
εὐαγγελικῶς ταῦτα λαλεῖ, καὶ γράφει,
εὔχρηστα τυγχάνοντα τοῖς ἐν τῷ βίῳ.

γονῆας — inchoari statuunt [1]). Bergk vero et alii illos omnes versus Pseudophocylidi adscribere non dubitant.

Quam controversiam ipse Bergk dejudicat.

Atque in primis septem primores versus aut omnes expungendos aut omnes servandos esse ducimus: sublatis enim duobus primoribus versibus, *ἀκέφαλον* foret poëma, ut ipse Bergk profitetur, ac prorsus abs re esset carmen inchoari hunc in modum:

μήτε γαμοκλοπέειν κτλ.

Atqui, ut vss. 3-7 a scriptore reliqui poëmatis abjudicare possimus, nullo pacto movemur, cum justas rationes minime inveniamus. At vero isti versus breviter praeceptorum summam absolventes, ut ait Bergk, praefixam ad argumentum materiam subjiciunt: quare idoneum occupant locum.

Praeterea licet, ut Bernays dicit, leges decalogi contineant, credo poëtam non immediate a decalogo eos desumpsisse, sed potius, cum poëma hoc Graecis hominibus elaboraverit, graeci poëtae haud ignobilis personam mutuatum, versibus ab antiquo quodam vulgatissimo poëta aut fortasse ab ipso Phocylide Milesio, quodammodo descriptis et consarcinatis, orditum esse, ea ipsa de causa, quod praecepta decalogi in memoriam revocarent, et in eis paucis absoluta monita invenisset, quae *τοῖς ἐθνικοῖς* explicaturus et amplificaturus erat.

Quae quidem sententia non modo per se verisimilis est, et refellit eos qui vss. 3-7 expungendos putant, verum etiam maximam difficultatem disjicit, cum non

---

[1]) Simili modo incipit carmen, quod « *χρισᾶ ἔπη* » inscribitur:

1 *Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκει(ν)ται*
2 *Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγανοὺς,*
3 . . . .
4 *Τούς τε γονεῖς τίμα κ. τ. λ.* (Fragm. Phil. Graec. Didot).

sit amplius cur miremur, si versus 8 *πρῶτα θεὸν τίμα κτλ.* qui naturale carminis exordium videtur, post septem primores sedem obtinuerit.

Igitur, si vss. 3-7 fide digni sunt, atque, uti diximus, duobus primoribus versibus sublatis, *ἀκέφαλον* foret poëma, efficitur, ut et hi versus eidem scriptori tribuendi sint; cum praterea difficultates, supra allatae, facile solvantur.

α') Si enim initium claudicare et venustate carere fateamur, exitum et alias carminis partes majores spiritus sibi sumere, ideoque praeferendas minime largimur.

β') Concedimus Bernaysio, si auctor se « *Φωκυλίδην ἀνδρῶν τὸν σοφώτατον* » appellasset, manifeste, quamvis invite, ipsum fraudem professum. At, ut ait Bergk, res ita se non habet; scriptor enim totum carmen antiquo poëtae Milesio non tribuit, sed hoc tantum fingit: se suis verbis traditas Phocylidis *γνώμας* explicare; ideoque non improbandus scriptor, si nobilis veteris poëtae sapientiam laudibus extollat.

γ') Codex Ambrosianus I, qui duos primos versus a reliquis distinctos praebet 1), nihil aliud (inquit Bergk) probat nisi librarium istum eamdem suspicionem fovisse quam Bernays exornavit; 2) in maxima parte codicum aequalis vel majoris auctoritatis et antiquitatis versus illi nullo intervallo ab aliis separati leguntur. Idcirco argumenta, quibus Bernays niti poterat, iacent. Sed adde praeterea: *δ'* Ut praecedente cap. monstravimus Pseudophocylidis versus 2-3 imitatus est auctor II. Sibyll. libri (vss. 52 seq.).

ε') Non est quin videat, quam congrue proëmium epilogo respondeat, atque unius alteriusque unum esse auctorem; jam vero cum epilogo, quem praeterea versus Sibyllinorum imitantur, fidem omnes concedant, quid est quod et exordio fides non habeatur?

Quae cum ita sint, non vss. 3-7 tantum Pseudophocylidi tribuendos, verum etiam duobus primoribus versibus suam fidem constare censemus, quibus carminis scriptor sibi poëtae Milesii nomen adscivisset, quod etiam Bernays, quamvis primos illos versus expungat, pro certo habet. Ne tamen dicat Bernays, ideo Phocylidis nomine poëma exornatum fuisse quod hic quoque scriptor nullo fere vinculo inter se apta ediderit, nam censendum est « *ποίημα νουθητικόν* » a « *διανοημάτοις* » antiqui Milesii prorsus alienum, qui, praeceptis singulis nomen suum praeponens, singula, paucissimis versibus comprehensa, sejunctim proposuerit: cfr. Dion. Chrys. (XXXVI, I, II, 505). *Οὕτως ἔφην, καὶ τοῦ Φακυλίδου ποιήσεως ἔξεστί σοι λαβεῖν δεῖγμα ἐν βραχεῖ, καὶ γάρ ἐστιν οὐ τῶν μακράν τινα καὶ συνεχῆ ποίησιν εἰρόντων, ὡς ὁ ὑμέτερος μίαν ἑξῆς διέξεισι μάχην ἐν πλείοσιν ἢ πεντακιςχιλίοις ἔπεσιν ἀλλὰ κατὰ δύο καὶ τρία ἔπη αὐτῷ καὶ ἀρχὴν ἡ ποίησις καὶ πέρας λαμβάνει, ὥστε καὶ προστίθησι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καθ' ἕκαστον διανόημα, ἅτε σπουδαῖον καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡγούμενος κ. τ. λ.*

III.

Existimat Scaliger (p. 95 op. cit.) versus 100-8:

« *μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα*
δείξῃς ἠελίῳ καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.
ψυχαὶ γάρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισιν
πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καί εἰκών.
σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, κἄπειτα πρὸς αὐτὴν
λυόμενοι κόνις ἐσμέν· ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται. »

christiano homini magis quam judaeo convenire, at vero vss. 100-2 praeceptum tradunt, quod est in libro Num. XIX,

11: — *ὁ ἁπτόμενος τοῦ τεθνηκότος πάσης ψυχῆς ἀνθρώπου, ἀκάθαρτος ἔσται ἑπτὰ ἡμέρας* — ibid. 16 — *καὶ πᾶς ὃς ἂν ἅψηται ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου τραυματίου ἢ νεκροῦ ἢ ὀστέου ἀνθρωπίνου ἢ μνήματος, ἑπτὰ ἡμέρας ἀκάθαρτος ἔσται.* — In seqq. vss. 103-4 nihil inest (ut iam observavit Goram) quod non aeque in Iudaeorum religionem cadat: nam corpus revicturum esse jam testatur Job. (XIX-25-27) — *οἶδα γὰρ ὅτι ἀένναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων, ἐπὶ γῆς ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα παρὰ γὰρ κυρίου ταῦτά μοι συνετελέσθη, ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ἃ ὀφθαλμός μου ἑώρακε, καὶ οὐκ ἄλλος* — et Esaias (c. XXVI, 19): — *ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἐν τῇ γῇ κ.τ.λ.* Versus 105-6 cum Gen. Cap. I, 27 conferendi — ...... *καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τόν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν.*, — et cum c. II, 23 Sap. Sirach. — *ὅτι ὁ θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ* (Pseudoph. « *ἀκήριοι* »), *καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν.* — Versus 107-8 cum Gen. III, 19 ...... *ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ* —, et c. XVIII, 27 ...... *ἐγὼ δὲ εἰμὶ γῆ καὶ σποδός.* —, et cum Job X, 9 *μνήσθητι, ὅτι πηλόν με ἔπλασες, εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέψεις* — nec non cum cap. III, 12 Ecclesiast: — *καὶ ἐπιστρέψῃ ὁ χοῦς ἐπὶ τὴν γῆν ὡς ἦν, καὶ τὸ πνεῦμα ἐπιστρέψῃ πρὸς τὸν θεὸν ὃς ἔδωκεν αὐτό.* — Supersunt verba: *ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται,* quae Bernaysio non modo Christianorum vel Iudaeorum hominum placitis adversari, sed etiam a Graecorum et Romanorum moribus abhorrere videntur (cfr. Bernays. op. c.). Igitur hac apotheosi offensus Bernays proposuit seq. lectionem: — *ὀπίσω τε νέοι τελέθονται* — idest: - rursusque adolescunt - Verum Bergk animadvertit poëtae si haec dicere voluisset « *αὖθις* » non « *ὀπίσω* » adhibendum fuisse. Fugit ta-

men eum « *ὀπίσω* » non solum « postea » adsignificare, verum etiam « rursus » (cf. Pape s. h. v.) — At Goram absurdum opinatus quod suggerendum edixerat « plurimi » inquit, « moriuntur infantes, pueri, adolescentes », et *ὅν* « *οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος* » itaque proponit *λείψαν'* « *ἀποιχομένων ὀπίσω, τὰ θεοῦ τελέθονται* », [neutrum articulum *(τὰ)* ponens pro *(δὲ)* quod jam 3 codd (2 Vind et Barocc.) omittunt] *τελέθοντα* scilicet *λείψανα,* sic interpretans: — und was hinterdrein Gottes wird. — Quae vero Goramius multo deterius quam Bernays commentus esse visus est Bergkio, qui vero jam annotavit Bernaysium et Goramium falso locutionem a Graecis et Romanis abhorentem judicasse, illius Empedoclei prorsus oblitos :

« *Ἐγὼ δ' ὕμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς*
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος » necnon versuum 70-1 illius carminis quod inscribitur « *χρυσᾶ ἔπη* », et antiquo poëtae Pythagorae falso tribuitur:

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Cicero autem Tuscul. Quaest. I. 26, 65: « Ergo animus, ut ego dico, divinus, ut Euripides dicere audet, deus est »; et 33, 76: « ...... tantum abest ut malum mors sit...... Siquidem vel *dī ipsi* vel cum diis futuri sumus » Praeterea Bergk acute observat: Judaeum hominem, qui non Judaeis sed Graecis poëma destinaverit, graecorum philosophorum placita secutum esse, idque callide instituisse, cum suspicatus esset novam hanc de mortuorum restitutione doctrinam, quam modo professus erat, multis offensioni fore.

Item Scaliger locutionem versus 10: — *ἀδίκως μὴ κρίνε πρόσωπον* — certo christianam judicavit; sed, ut jam Goram notavit, legitur in Levitico XIX, 15: — *οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ, οὐδὲ μὴ θαυμάσῃς πρόσω-*

πον δυνάστου. — in Deut. I, 17 *οὐκ ἐπιγνώσῃ πρόσωπον ἐν κρίσει — οὐ μὴ ὑποστείλῃ πρόσωπον ἀνθρώπου* —; VII, 10 — *κατὰ πρόσωπον ἀποδώσει αὐτοῖς* — ; XVI, 19 — *οὐδὲ ἐπιγνώσοντα πρόσωπον.* II. Chron. XIX, 7 — *ὅτι οὐκ ἔστι μετὰ κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἀδικία, οὐδὲ θαυμάσαι πρόσωπον.*

Idem Scaliger ad versum 140 provocat:

Κτῆνος κῆν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν συνέγειρε, qui tamen manifeste translatus est ex Exod. XXIII, 5 — *ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ σου πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ αὐτὸ, ἀλλὰ συναιρεῖς αὐτὸ μετ' αὐτοῦ.* —

Brunk e versu 13 argumentum petebat, quo scriptorem christianum demonstraret, nec sane inconsulte cum eum sic legeret: *παρθενίην τηρεῖν, ἀγάπην δ' ἐπὶ πᾶσι φυλάσσειν* — At Bernays egregie *παρθενίην* in *παρθεσίην* mutavit: incongrue vero scriptor virginitatis meminisset, mercatoribus pracepta tradens, nec *παρθενίην* ut adjectivum ad *ἀγάπην (πίστιν)* pertinet, nam sequens *δὲ* obstat. Lectionem vero *παρθεσίην* confirmant verba Lev. V, 21: נפש כי תחטא ומעלה מעל ביהוה וכחש בעמיתו בפקדון או בתשׂ יד או עשק את עמיתו . . . .

ubi septuaginta interpretes vocem — פקדון — in — *παραθήκη* — vertunt [1]) a *παρὰ* et — *θα (τι-θη-μι)* (— das Niedergelegte, Pfand, cfr. Pape, Lexic;) idest-depositum (ita significat פקדון, a verbo פקד, « aspexit », quod in conjug. — הפעיל « significat praefecit alqm alicui »,

---

[1]) *ψυχὴ ἣ ἂν ἁμάρτῃ, καὶ παριδὼν παρίδῃ τὰς ἐντολὰς κυρίου, καὶ ψεύσηται τὰ πρὸς τὸν πλησίον ἐν παραθήκῃ ἢ περὶ κοινωνίας ἢ περὶ ἁρπαγῆς, ἢ ἠδίκησέ τι τὸν πλησιὸν κ.τ.λ.* cfr. etiam Exod. XXII, 8 — *πεπονηρεῦσθαι ἐφ' ὅλης τῆς παρακαταθήκης.*

et cum seq. accus. et ל - על - ב — mandavit, concredidit alicui, alicubi deponere, alterius curae committere — Gesenius); quare locutio *παραθήκη* ad rem mercatoriam maxime attinet. Bernays pro « *παραθήκη* » sumit « *παρθεσίην (παραθεσία)* — comparans Dioscoridis epigramma (A. P. VII, 37). Videtur Bergkio poëta, quoniam proprii vocabuli forma — *παρθήκη* — non esset in usu, maluisse *παρθεσίην* dicere: similiter jonicus scriptor apud Stobeum XXVIII, 18 — *ἐν παραθέσει* — dixit, deinde *παραθήκην* [1]). *Τηρεῖν παραθήκην* locutio graeca est; cfr. Isoc. ad Demon (p. 6. steph.) — *μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας.* — *'Αγάπην* — optimo jure in — *πίστιν* — mutatum (cum jam Stobaeus et multi codd. hanc praebeant lectionem), ex Orac. Sibyll. libro II.°, cuius scriptor christianus versum 13, ut supra retulimus, confecit, derivatum censetur. Versus 31 — *αἷμα δὲ μὴ φαγεῖν, εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθαι* — in memoriam revocat quod in I.° concilio Apost. Jerosolymitano sancitum erat, scilicet; — *ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πικτοῦ καὶ πορνείας κ. τ. λ. (πράξεις τῶν ἀποστόλ.* XV. 23).

Sed jam Bernays hunc versum a quodam Christiano adjectum putat, eumque rejicit ut ab huius poëmatis instituto prorsus alienum, cuius scriptor, suo quidem judicio, nusquam aperte graecae genti sacra reprehendit. Praeterea eumdem versum recte ante vs. 32 scriptor Orac. Sibill. ponit; qui, cum vs. 30 *ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος κτλ.,* ut supra vidimus, explanationis causa leviter immutasset, adjecit seqq. versus:

Μήποτε ἄνδρα πένητα ἰδὼν σκώψῃς ἐπέεσιν,
Μηδὲ κακῶς γε προσέρπῃς μώμητόν τινα φῶτα.
Τὸ ζῆν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται· εἴ τις ἔπραξεν

---

[1]) Forma integra « *παραθήκην* » est in versu 135 Pseudoph.

Ἔκνομον ἢ δίκαιον, διακρίνεται εἰς κρίσιν ἐλθών.
Μηδὲ φρένας βλάπτειν οἴνῳ, μηδὲ πίνειν ἄμητρα
Αἷμα δὲ μὴ φάγ. εἰδ. ἀπ.

Sequitur deinde vs. 31 pseudoph. = *Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν,* ubi vs. 33 pseudoph. — *εἴθε δὲ μὴ χρήζοις κτλ.;* ubi vs. 32 pseudoph. suum locum tenet: igitur hunc versum ex Sibyll. libro II.º sumptum valde credibile est.

Superest vs. 129:

— *τῆς δέ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος* — cuius plerique manifesta christianae doctrinae vestigia deprehendisse videntur. Bernays reiciendum dicit ut intrusum a Christiano Byzantino, cui ethnica *τοῦ* « *Λόγος* » interpretatio minime arrideret. Verum enimvero hic « *λόγος* » non cum *λόγῳ* divi Iohannis rem habere sed simpliciter « sermonem » significare videtur; reiciendum tamen cum Bernaysio eum puto, cum a loco quem tenet plane alienus sit, et in codd. Mutinensi, Barocciano et uno ex tribus Ambrosianis desit.

Ceterum, quamquam in N. T. extat adjectivum « *θεόπνευστος* » ad « *γραφήν* » pertinens, tamen jam in Plutarchi Plac. Philos. V, 2 invenitur « *θεόπνευστος ὄνειρος* » et postea apud Porphyrium adject. « *θεοπνόος.* » Praeterea conferri potest versus cum Sapientiae libro, cap. VII, 25. — *Ἀτμὶς γάρ ἐστι (ἡ σοφία) τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως....* 22 *Ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με σοφία· ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πνεῦμα νοηρὸν, ἅγιον........ κτλ.* 7-*καὶ ἦλθέ μοι πνεῦμα σοφίας.*

Contra plurimi Phocylideae versus e V. T.º originem suam ducunt. Versum 9-*πάντα δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκε* — confer cum Lev. XIX, 15 — *οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει, οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ, οὐ δὲ μὴ θαυμάσῃς πρόσωπον δυνάστου;* et cum Exod. XXIII, 6 — *οὐ διαστρέψεις κρίμα πένητος ἐν κρίσει*

αὐτοῦ 7-ἀπὸ παντὸς ῥήματος ἀδίκου ἀποστήσῃ —; et cum Prov. XXIX, 7-*ἐπίσταται δίκαιος κρίνειν πενιχροῖς, ὁ δὲ ἀσεβὴς οὐ νοεῖ γνῶσιν, καὶ πτωχῷ οὐκ ὑπάρχει νοῦς ἐπιγνώμων*. Versum 12:

— *μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαια βραβεύειν* — cum prov. XXIV, 28: — *Μὴ ἴσθι ψευδὴς μάρτυς ἐπὶ σὸν πολίτην μηδὲ πλατύνου σοῖς χείλεσιν*. — Versus 14, 15:

— *μέτρα νέμειν τὰ δίκαια, καλὸν δ' ἐπίμετρον ἁπάντων* —

— *σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν*. — cum Lev. XIX, 35: — *Οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει, ἐν μέτροις, καὶ ἐν σταθμοῖς, καὶ ἐν ζυγοῖς* —: et cum Prov. XI, 1 — *Ζυγοὶ δόλιοι βδέλυγμα ἐνώπιον Κυρίου, στάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ*. Versum 16:

— *μηδ' ἐπιορκήσῃς μητ' ἀγνῶς μήτε ἑκοντί*. — cum Lev. XIX, 12 — *Καὶ οὐ ὀμεῖσθε τῷ ὀνοματί μου ἐπ' ἀδίκῳ, καὶ οὐ βεβηλώσετε τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ ὑμῶν* —; locutio vero — *ἐγώ εἰμι ὁ κύριος* — אני יהוה — nimis severa, sequenti versu 17 ita exprimitur: — *ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ*. —

In versu 18:

— *σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἕληται* — Bernays lectionem — *τέρματα μὴ κλέπτειν* — proposuit, cum in Levitico nullum huiusmodi praeceptum se invenisse dixerit. Sed invenio in Lev. XIX, 13 — *Οὐκ ἀδικέσεις τὸν πλησίον, καὶ οὐχ ἁρπᾷ· καὶ οὐ μὴ κοιμηθήσετε· ὁ μισθὸς τοῦ μισθωτοῦ σου παρὰ σοὶ ἕως πρωΐ* —; quae fontem seq. versus Pseudophocylideae ostendunt — *μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα* —; at illud « *οὐκ ἀδικέσεις τ. π. καὶ οὐχ ἁρπᾷ* » τὸ « *σπέρματα κλέπτειν* » quodammodo involvit. Praeterea — *τέρματα* — furtim non auferuntur sed potius amoventur, ut videre est in Deut. XIX, 14 — *οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον, ἃ ἔστησαν οἱ προτεροί σου*.—

Confer v. 19 etiam cum Sirach. IV, 2-4 — *Ἱκήτην θλιβομένον μὴ ἀπαναίνου, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς δόσιν προσδεομένου ...... 4 — ψυχὴν πεινῶσαν μὴ λυπήσῃς κτλ.* Versum 20 alii alio modo interpretati sunt, pro lectionum diversitate: — *γλώσσῃ βοῦν ἐχέμεν, κ. λ. ἑ. φ, ἴ.* —

Verum graece proverbium sic jacet: — *ἔχειν βοῦν ἐπὶ γλώττης* [1]). — At Bernays alteram versus partem quam inanem primae iterationem reputavit, aliter proposuit: nempe: — *κρύπτων λόγον ἐν φρεσὶν ἴψῃ,* ac si Levitici praecepti XIX, 17 *παράφρασις* esset: — *οὐ μισείσῃς τὸν ἀδελφόν σου τῇ διανοίᾳ σου· ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν πλησίον σου, παὶ οὐ λήψῃ δἰ αὐτὸν ἁμαρτίαν.* — Quam emendationem nimis temerariam arbitratus Bergk, rem apte conficere studuit, puncto post — *κρυπτόν* — posito, atque *τὸ* « *νοῦς* » pro « cogitatione » non vero pro « sapientia » accepto [2]); cfr. Teog: v. 91 — *ὃς δέ μιῇ γλώσσῃ διχ' ἔχει νόον.* —

Quocirca sensus huc verteret: « Mentem tuam loquens absconde; animo ratiocinationem tuam contine. » Tutissimum tamen duco lectionem vulgatam retinere, quam ceterum etiam in Crusii editione servatam invenio; cum insuper versus 20 e cap. XXI, 25 Sirach derivari videatur: — *χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις βαρυνθήσεται, λόγοι δὲ φρονίμων ἐν ζυγῷ σταθήσονται· ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, καρδία δὲ σοφῶν στόμα αὐτῶν* —; atque hoc significare: — In dicendo pariter et in tacendo prudentia utendum. — Ceterum vss. 20-1 Bernays delendos esse censet, ut ab loco alienos; quod confirmat

---

[1]) Theogn. (v. 815 Anth. Crus.):
— *Βοῦς μοι ἐπὶ γλώττης κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων ἴσχει κωτίλλειν καίπερ ἐπιστάμενον.* —

[2]) Quam lectionem Ludwig comprobavit (Lectiones Pseudophoc. Regiom. 1892).

Crusius qui post vs. 20 lacunam esse censet, necnon verba Lev. XIX 13, *οὐ μὴ κοιμηθήσεται ὁ μισθὸς τοῦ μισθωτοῦ σου παρά σοι* — unde derivatur vs. 19; sequuntur deinde verba — *ἕως πρωΐ* quae versu 22 quodammodo translata sunt. At vero vs. 20 quem conferre potes cum cap. XX, 19 Prov. — *Ἀποκαλύπτων μυστήριον πορεύεται δόλῳ κτλ.* — delendus non est, at potius alibi ex gr. ante vs. 48, ut vult Goram, collocandus, utpote praeceptum referens latioris sensus, cum huiusmodi transpositio a misera textus conditione minime abhorreat.

Vss. 22, 23 cfr. cum Prov. III, 27, 28 — *Μὴ ἀποσχῇ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ ἡνίκα ἂν ἔχῃ ἡ χείρ σου βοηθεῖν*, 28 — *Μὴ εἴπῃς· ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν· οὐ γὰρ οἶδας τὶ τέξεται ἡ ἐπιοῦσα* — quae verba in memoriam redigunt etiam vsum 28 — *πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον* — nec non vsum 109:

— *πλούτου μὴ φείδου· μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις* —

illud vero Prov. « *οὐ γὰρ οἶδας τὶ τέξεται ἡ ἐπιοῦσα* » versu 116 certe expressum:

— *οὐδεὶς γιγνώσκει, τὶ μετ' αὔριον ἢ τὶ μεθ' ὥραν.* —

Vs. 24 ad verbum ex Isaia c. LVIII, 7 translatus: *Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοῖς ἀστέγοις εἴσαγε εἰς οἶκον σου καὶ τυφλὸν ὁδήγει* — cfr. etiam Lev. XIX, 14 — *οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφὸν καὶ ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον*. Vs. 26-28 cfr. cum Lev. XXV, 35 — *Ἐὰν δὲ πένηται ὁ ἀδελφός σου ὁ μετὰ σοῦ, καὶ ἀδυνατήσῃ ταῖς χερσὶ παρὰ σοὶ, ἀντιλήψῃ αὐτοῦ ὡς προσηλύτου καὶ παροίκου, καὶ ζήσεται ὁ ἀδελφός σου μετὰ σοῦ.* — Vs. 30 praeceptum refert multa in se complectens ad vitae varias conditiones opportuna; vss. 31-4 eos respiciunt qui armis utuntur. Lectio vs. 33 disputationi obnoxia est: manifesta loci sententia apparet; verum illud — *μὴ χρήζοις* — nonnihil perspicuitati officit.

Bergk (Kritische beiträg z. dog. Phok. Phil.) singularem lectionem codicis Vaticani emendans, subrogat: — *χρῴζοις*. In cod. vat. ita vsus legitur:

— *εἴθε δὲ μήτ' ἄνομα τόδε παθεῖν μήτε δικαίως* —

atque Bergk versum totum reficere conatur hoc pacto: *εἴθε δε μὴ χρῴζοις ἄνομ' αἵματι μήτε δικαίως* — Sic interpretans: « mögest du doch ni weder in gerechter noch ungerechter sache dein schwert mit blut färben. »

Vss. 35-8 officia erga finitimos recensent: versum vero 38 confer cum verbis Deut. XIX, 14 quae supra attuli, necnon cum Prov. cap. XXII, 28: — *Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου.* — Versum 39 cfr. cum Lev. XIX, 34 — *Ὡς ὁ αὐτόχθων ἐν ὑμῖν, ἔσται ὁ προςήλυτος ὁ προςπορευόμενος πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀγαπήσεις αὐτὸν ὡς σεαυτόν.* Verba autem quae sequuntur *ὅτι προςήλυτοι ἐγενήθητε ἐν γῇ Αἰγύπτῳ κ.τ.λ.* quae ad populum judaicum singulariter spectant, locutioni versus 40 — *πάντες γὰρ πηνίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου* — originem praebuerunt, et omnibus hominibus quadrant. Vs. 44 confer cum Lev. XXV. 23: — *Καὶ ἡ γῆ οὐ πραθήσεται εἰς βεβάωσιν· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ γῆ, διότι προςήλυτοι καὶ πάροικοι ὑμεῖς ἐστε ἐνάντιόν μου* —; et cum Chron. XXIX, 16 — *ὅτι πάροικοί ἐσμεν, ἐνάντιόν σου καὶ παροικοῦντες, ὡς πάντες οἱ πατέρες ἡμῶν. ὡς σκιὰ αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐπὶ γῆς, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπομονή.* — Versum 41 Crusius (Anth. lyr.) sic exhibet: — *χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισι* —; Otto Goram lectionem — *χώρης* — sequitur pro — *χώρη* —, quam non modo optimus codex Mutinensis praebet et Bergk auctoritate sua probat, sed etiam verba Chron. I, 29, 15, quae supra attulimus, et Socratis ac Platonis et Philosophorum graecorum communis sententia confirmare videntur; *πέδον* enim est orbis terrarum, cuius quaevis terra *(χώρα)* hospitium et quasi diversorium non patriam (Heimatland:

Bernays) hominibus praebet; cum contra *κοινὰ μέλαθρα δόμων καὶ πατρὶς Ἅιδης* (vs. III, cfr. Gor. op. c.)

Vss. 42-82 quattuor cardinales virtutes, ut in philosophorum scholis pertractantur.

Versus 53: — *μὴ γαυροῦ σοφίῃ μήτ' ἀλκῇ μήτ' ἐνὶ πλούτῳ* — a cap. IX, 23 Jerem. originem ducit: — *Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθῳ ὁ καυχώμενος, συνιεῖν καὶ γιγνώσκειν, ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος κ.τ.λ.* ubi Crusius vulgatam lectionem — *ἐνὶ πλούτῳ* — restituit, quam in praecedentibus editionibus in — *ἐπὶ πλούτῳ* — mutatam offendimus: — *ἐνί* — pro *ἐπί* non raro ab antiquis poëtis graecis, sed frequentissime ab alexandrinis et aegyptiis usurpatur; usus vero est prorsus judaicus; (cfr. Kritische Brief über die falschen Sibyllin. K. Buresch in Phil. « ...... aber der Gebrauch ist überhaupt allen Juden; gemeimsam wie er ein Hebraïsmus (— ב) ist. Aber er war auch allgemein alexandrinisch und findet sich oft bei ägyptischen althellenische Wendungen wie: *ἐν ὀφφαλμοῖς ὁρᾶσθαι, ἐν δεσμῷ δῆσαι, ἐν μολπαῖς ὑμνεῖν* cfr. Sibyll. I, 366: — *δώσει μυσαροῖς ἐνὶ χείλεσι τούτῳ* ...... XIV, 183 ...... *ἐπὴν ἰδίῃ ἐνὶ μοίρῃ βήσεται εἰν Ἄιδαο δόμοις.* — Vs. 54 vero a Sirach I, 8: — *Εἷς ἐστι σοφὸς φοβερὸς σφόδρα.* Vss. 57-8 cfr. cum Prov. XXIX, 22 — *Ἀνὴρ θυμώδης ἐγείρει νεῖκος, ἀνὴρ δὲ ὀργίλος ἐξώρυξεν ἁμαρτίαν* —, et cum Sirach. XXVIII, 13: — *Ἔρις κατασπευδαμένη ἐκκαίει πῦρ, καὶ μάχη κατασπευδαμένη ἐκχέει αἷμα.* — Vss. 60-2:

— *οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ·*
ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκετ' ἔρωτας.
ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει. —

cfr. cum Prov. XX, 1 — *ἀκόλαστον οἶνος καὶ ὑβριστικὸν μέθη, πᾶς δὲ ἄφρων τοιούτοις συμπλέκεται —;* et XIX, 32 — *μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ κ.τ.λ;* et Sirach. XIX, 2

— *οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς.* — Vss. 65-7:
— *ζῆλος τῶν ἐσθλῶν ἀγαθὸς, φαύλων δὲ ἀίδηλος*
Τόλμα κακῶν ὀλοή μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντα,
σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει —
confer. cum Sap. III, 15 — *ἀγαθῶν γὰρ πόνων καρπὸς εὐκλεὴς καὶ ἀδιάπτωντος ἡ ῥίζα τῆς φρονήσεως......* sequuntur verba — *τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται* — quae versui 178 certam originem praebent, confer praeterea Sap. IV, 1: — *Κρείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς, ἀθανασία γάρ ἐστι ἐν μνήμη αὐτῆς, ὅτι παρὰ Θεοῦ γιγνώσκεται καὶ παρὰ ἀνθρώποις* (— *σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς* —) *παροῦσάν τε μιμοῦνται αὐτὴν, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν. καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στεφανηροῦσα πομπεύει, τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα.* — *πολύγονον ἀσεβῶν πλῆθος οὐ χρησιμεύσει, καὶ ἐκ νόθου μοσκευμάτων οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος, οὐδὲ ἀσφαλῆ βάσιν ἑδράσει κ.τ.λ.* — quae verba et agonisticum colorem verborum *ζῆλος, τόλμα, πονεῖν, αἶσχος ὀφέλλει* statim ostendunt, et Veneris amori amorem virtutis opponunt. Versum 68 Goram (XV) sic corrigit: — *μηδὲν ἄγαν σῶφρον κικλήσκεται ἐν πολιήταις* — Vs. ita emendatus et antecedentibus et sequentibus idoneus, non est jam trajiciendus (quomodo censet Bergk); sed, quod magis nostra refert, verbis cap. 7, 16 libri Ecclesiastes confirmatur: — *μὴ γίνου δίκαιος πολὺ μὴ δὲ σοφίζου περισσὰ, μέ ποτε ἐκ πλαγῆς* — ; tum vero cum seqq. duobus vss. ubi — *μέτρον* — et in cibo, et potu, et verbis ut — *πάντων ἄριστον* — laudatur, apte conjungitur. Vs. 70 Sap. cap. XXIII, 4 originem debet: — *οὔτε μὴ φθόνῳ τετηκότι συνοδεύσω. ὅτι οὗτος οὐ κοινωνήσει σοφίᾳ* — Sequitur deinde: — *πλῆθος δὲ σοφῶν σωτερία τοῦ κόσμου* — ; quae verba forsitan sequentibus versibus « de concordia rerum naturae » fontes fuerunt. Versum 77 — *μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν* — confer cum Prov. XX, 22. — *Μὴ εἴπῃς· κακὸν ἀπο-*

δώσω, ἀνάμενε τὸν Κύριον — atque cum Sap. c. I, 8: — *διὰ τοῦτο φθεγγόμενος ἄδικα οὐδεὶς μὴ λάθῃ, οὐδὲ μὴν παροδεύσῃ αὐτὸν ἐλέγχουσα ἡ δίκη.* —

Vss. 81-2 — *καλὸν ξεινίζειν ταχέως λυταῖσι τραπέζαις ἢ πλείσταις θαλίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.* — cfr. cum Prov. XV, 17 — *Κρείσσων ξενισμὸς μετὰ λακάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν, ἢ παράθεσις μόσχων μετὰ ἔχθρας.*

Vss. 83-5, ut jam Bernays et alii animadverterunt, e Deut. XXII, 6 originem suam ducunt: — *ἐὰν δὲ συναντήσῃς νοσσιᾷ ὀρνέων πρὸ προσώπου σου ἐν τῇ ὁδῷ ἢ ἐπὶ παντὶ δένδρῳ, ἢ ἐπὶ τῶν ὠῶν, οὐ λήψῃ τὴν μητέρα μετὰ τῶν τέκνων. Ἀποστολῇ ἀποστολεῖς τὴν μητέρα, τὰ δὲ παιδία λήψῃ σεαυτῷ, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ πολυήμερος γένῃ.* —

Vs. 86 juxta Deuter. I, 13 — *δότε ἑαυτοῖς ἄνδρας σοφοὺς καὶ ἐπιστήμονας καὶ συνετοὺς εἰς τὰς φυλὰς ὑμῶν* — et Esram VII, 25: — *καὶ σὺ, Ἔσρα, ὡς ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ ἐν χειρί σου, κατάστησον γραμματεῖς καὶ κριτάς, ἵνα ὦσι κρίνοντες παντὶ τῷ λαῷ ἐν πέρα τοῦ ποταμοῦ πᾶσι τοῖς εἰδόσι νόμον τοῦ θεοῦ σου καὶ τῷ μὴ εἰδότι γνωριεῖτε.* —

Vss. 91-94 juxta Sirach. VI, 10 — *καὶ ἔστι φίλος κοινωνὸς τραπεζῶν, καὶ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλιψεώς σου.*

Vss. 95, 6 — *λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος* [1]) *λαός (τοι) καὶ ὕδωρ ἀκατάσχετα πάντα.* — non absimiles judicabis sequentibus verbis (Prov. XXX, 16): — *Τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι, καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἀναπίμπλασαν αὐτὴν, καὶ ἡ τετάρτη οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν· Ἱκανόν. Ἅιδης, καὶ ἔρως γυ-*

---

[1]) Codex miscellaneus Janninanus lectionem » *ἀῤῥενόφρων* » exhibet; (quam vocem ne in Thesauro quidem Henrici Stephani invenio) cfr. in sermone graeco nostrorum temporum locutiones « *ἀρσενικὸ μιαλό* » « *ἀρσενικὸ κεφάλι* ».

ναικὸς, καὶ γῆ οὐκ ἐμπιπλαμένη ὕδατος, καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ οὐ μὴ εἴπωσιν· Ἀρκεῖ.

In versu 98 lectionem — *γόοσι* — pro — *θεοῖσι* — aperte erratam, proposuit Bernays (VII) cfr. Sirach XXXVIII, 16: — *τέκνον, ἐπὶ νεκρῷ κατάγαγε δάκρυα καὶ ὡς δεινὰ πάσχων ἔναρξε θρῆνον. κατὰ δὲ τὴν κρίσιν αὐτοῦ περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν ταφὴν αὐτοῦ. κ.τ.λ.* — quae etiam sequentibus versibus originem praeparant. Versum 103:

— *καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν* —

confer cum Sap. III, 4 — *καὶ γὰρ ἐν ὄψει ἀνθρώπων ἐὰν κολασθῶσιν, ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης......* 7 — *καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι καὶ ὡς σπινθῆρες διαδραμοῦνται.* — Vs. 109 cum Ps. XC, 9, 10 et Prov. III, 27, 28 ut supra vidimus; item vss. 116-8 cum prov. III, 28; praeterea cum Sap. c. II, 1: — *ὀλίγος ἐστὶ καὶ λυπηρὸς ὁ βίος ἡμῶν......* 5 — *σκιᾶς γὰρ πάροδος ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστι ἀναποδισμὸς τῆς τελευτῆς ἡμῶν ὅτι κατεσφραγίσθη, καὶ οὐδεὶς ἀναστρέφει Δεῦτε οὖν καὶ ἀπολαύσομεν τῶν ὄντων ἀγαθῶν, καὶ χρησόμεθα τῇ κτίσει ὡς νεότητι σπουδαίως. Οἴνου πολυτελοῦς καὶ μύρων πλησθῶμεν, καὶ μὴ παροδευσάτω ἡμᾶς ἄνθος ἔαρος κ.τ.λ.* —; quae verba recte Bernaysium novum caput a versibus 116-7 orditum esse demonstrant, atque versum 118 cum vss. 116-7 rem habere confirmant; quos contra Bergk orci descriptioni falso adjunxerat, cuius sententiam Crusius sequi videtur, vss. 116-7 cancellis saepiens; insuper locutionem — *θάνατος* — probant, quam frustra Bernays in — *κάματος* — mutarat. Versum 123 confer cum Prov. XVI, 24 « *Κηρία μέλιτος λόγοι καλοὶ, γλύκασμα δὲ αὐτοῦ ἴασις ψηχῆς* — Vs. 124 metaphoram hebraicam manifeste ostendit: Psalm. LII, 2: — *ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσα σου· ὡσεὶ ξύρον ἠκονημένον ἐποίησας δόλον.* — LV, 21 — *ἡ παλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ*

ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. — LVII, 4 — *καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα* — LIX, 7 — *ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν,* — LXIV, 3 — *ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώττας αὐτῶν.* — Ier. I, 8 — *βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν.* — Prov. XVIII, 21 — *θάνατος καὶ ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης, οἱ δὲ κρατοῦντες αὐτῆς ἔδονται τοὺς καρποὺς αὐτῆς.* — Vs. 130 juxta Prov. XXIV, 5 — *Κρείσσων σοφὸς ἰσχυροῦ, καὶ ἀνὴρ φρόνησιν ἔχων γεωργίου μεγάλου.* — Vss. 132-3: — *οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρ᾽ ἀνέλεγκτον, ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτρωπᾶσθαι ἀνάγκῃ.* — praeceptum hebraicum tradunt, quod legitur in antiquissimo Levitici commentario — Sifrâ:

— מנין שאם יורע לו עדוד שאינו רשאי לשתוק
עליה ...... לא תעמות על דם רעך —

Versum 135 confer cum Prov. XXIX, 24: — *Ὃς μερίζηται κλέπτῃ μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν κ.τ.λ.*.

Vs. 140: « *κτῆνος κῆν ἐχθροῖο πέσῃ καθ᾽ ὁδόν, συνέγειρε* » ab Exod. XXIII, 5 derivatur: — *Ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ σου πηπωκὸς ὑπὸ τὸ γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ αὐτὸ, ἀλλὰ συναρεῖς αὐτὸ μετ᾽ αὐτοῦ.* — vel a Deut. XXII, 4: — *Οὐκ ὄψῃ τὸν ὄνον τοῦ ἀδελφοῦ σου ἢ τὸν μόσχον αὐτοῦ πεπτωκότας ἐν τῇ ὁδῷ μὴ ὑπερίδῃς αὐτοὺς, ἀνισῶν ἀναστήσεις μετ᾽ αὐτοῦ.* — Permire mihi videtur lectio — *βροτόν* — in *βοτόν* a Bernaysio mutata in versu 141:

πλαζομενον δὲ *βοτὸν* / *βροτὸν, καὶ* *ἀλίτροπον* / *ἀλήμονα* *οὐχ ὑπαλύξεις* / *μήποτ᾽ ἐλέγξῃς* — ;

legitur enim in Deut. XX, 1, 3: — *Μὴ, ἰδὼν τὸν μόσχον τῶν ἀδελφῶν σου ἢ πρόβατον αὐτοῦ πλαζώμενα ἐν τῷ ὁδῷ, ὑπερίδῃς αὐτά· ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου καὶ ἀποδώσεις αὐτῷ* — Vs. 144, 6 e Sirach. c. XII, 33 originem trahunt: — *Ἀπὸ σπινθῆρος πυρὸς πληθύνεται ἀνθρακία, καὶ ἄνθρωπος ἁμαρτολὸς εἰς αἷμα*

ἐνεδρεύει· Πρόσεχε ἀπὸ κακούργου, πονηρὰ γὰρ τεκταίνει, μήποτε μῶμον εἰς τὸν αἰῶνα δῷ σοι. Ἐνοίκισον ἀλλότριον καὶ διαστρέψει σε ἐν ταραχαῖς, καὶ ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου —, quae verba propter quo digesta sunt ordinem nobis suadent, ut versum 145 cum duobus praecedentibus conjungamus, quem falso Bernays versui 139 annectit, interpretans ut prohibitionem carnis locutionem — *τῶν λωβητῶν ἀπέχεσθαι* —; ubi de morum turpitudine sermo occurrit. — Versum 149 cfr. cum Lev. XIX, 26 ...... *οὐκ οἰωνεῖσθε, οὐδὲ ὀρνιθοσκοπήσεσθε* —, et 31 — *Οὐκ ἐπακολουθήσητε ἐγγαστριμύθοις καὶ τοῖς ἐπαοιδαῖς οὐ προςκολληθήσεσθε, ἐκμιανθῆναι ἐν αὐτοῖς......* — vss. 164-70, qui pigris exemplum formicae praebent, a lib. Prov. VI, 6 derivati sunt: — *Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ, καὶ ζήλωσον ἰδὼν τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ γένου ἐκείνου σοφώτερος. Ἐκείνῳ γὰρ γεωργίου μὴ ὑπάρχοντος, μηδὲ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων, μηδὲ ὑπὸ δεσπότην ὢν ἑτοιμάζεται θέρους τὴν τροφήν, πολλήν τε ἐν τῷ ἀμητῷ δὲ ποιεῖται τὴν παράθεσιν. ἢ πορεύθητι* (labor apis describitur cuius assiduitatem Pseudoph. laudat vss. 171-4) *πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται. ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προςφέρονται. ποθεινὴ δέ ἐστι πᾶσι καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενὴς τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη* —; cfr. etiam Sirach. c. XI, 3: — *μικρὰ ἐν πετεινοῖς μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς* —, nec non Prov. XXX, 25: — *οἱ μύρμηκες οἷς μή ἐστιν ἰσχύς, καὶ ἑτοιμάζονται θέρους τὴν τροφήν* — *(φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον* vs. 170). Vs. 179 a Lev. XVIII derivatur: — *Ἀσχημοσύνην γυναικὸς πατρός σου οὐκ ἀποκαλύψεις· μήτηρ γάρ σου ἐστίν, οὐκ ἀποκαλύψεις τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς* —; et Deut. XXII, 30: — *Οὐ λήψηται ἄνθρωπος τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀποκαλύψει συγκάλυμμα τοῦ*

πατρὸς αὐτοῦ — Vss. 177-94 (Sin excipias vs. 187, qui a Deut. c. XXIII, 1 derivatur) a Levitico originem trahunt. Versus quidem 182 a Lev. XVIII, 6: *Ἀσχημοσύνην τῆς ἀδελφῆς σου ἐκ πατρός σου, ἢ ἐκ μητρός σου ἔνδον γενοῦς, ἢ γεγενημένης ἔξω, οὐκ ἀποκαλύψεις τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῶν.* — Vss. 194-6 eiusmodi praecepta porrigunt, quae vitia jam late scatentia praesupponunt. Vs. 187 juxta cap. XXIII, 1 Deut: — *οὐκ εἰσελεύσεται θλαδίας, οὐδὲ ἀποκεκομένος ἐκκλησίαν Κυρίου.* — Vs. 188 a Lev. XVIII, 23 derivatur: *Καὶ πρὸς πᾶν τετράπουν οὐ δώσεις τὴν κοίτην σου εἰς σπερματισμὸν ἐκμιανθῆναι πρὸς αὐτό, καὶ γυνὴ οὐ στήσεται πρὸς πᾶν τετράπουν βιβασθῆναι· μυσαρὸν γάρ ἐστιν.* — Vs. 192 juxta Lev. cap. XVII, 22: — *Καὶ μετὰ ἄρσενος οὐ κοιμηθήσῃ κοίτην γυναικείαν, βδέλυγμα γάρ ἐστιν.* — Vss. 199-206 de conjuge eligendo agunt. Vs. 199 juxta Prov. XXI, 9: — *Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, ἢ κεκονιασμένοις μετὰ ἀδικίας καὶ ἐν οἴκῳ κοινῷ.* — Vss. 207-17 mutua parentum filiorumque officia pertractant; vss. 208-9 ad verbum e Deut. XXI, 16 et seqq. derivantur: — *Ἐὰν δέ τινι ᾖ υἱὸς ἀπειθὴς καὶ ἐρεθισθὴς, οὐχ ὑπακούων φωνὴν πατρὸς καὶ φωνὴν μητρὸς, καὶ παιδεύωσιν αὐτὸν, καὶ μὴ εἰσακούῃ αὐτῶν,* — 19 — *καὶ συλλαβόντες αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἐξάξουσιν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. ἐπὶ τὴν γερουσίαν τῆς πόλεως αὐτοῦ κ.τ.λ.* — quae « *γερουσία τῆς πόλεως* » lucutione « *πρεσβύτατοι γενεῆς ἢ δημογέροντες* » manifeste translata est. Vss. 210-3 confer cum Sir. VII, 25 seqq: — *τέκνα σοί ἐστι, παίδευσον αὐτὰ, καὶ κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν· θυγατέρες σοί εἰσιν, πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ μὴ ἱλαρώσῃς πρὸς αὐτὰς τὸν πρόσωπόν σου.* Versum 215 cum Sirach. XXVI, 10 seqq: — *Ἐπὶ θυγατρὶ ἀδιατρέπτῳ στερέωσον φυλακὴν, ἵνα μὴ εὑροῦσα ἄνεσιν ἑαυτῇ χρήσηται.* — Vss. 217-27 quae amicis, senibus, servisque prae-

standa sint, edocent: vss. 200-1 confer cum Lev. XIX, 32: — *Ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ καὶ τιμήσεις πρόσωπον πρεσβυτέρου, καὶ φοβηθήσῃ τὸν Θεόν σου κ.τ.λ.* — Vss. 223-5 cum Sirach. XXX, 29-31 (— *Περὶ δούλων* —) — *Χορτάσματα καὶ ῥάβδος καὶ φορτία ὄνῳ, ἄρτος καὶ παιδεία καὶ ἔργον οἰκέτῃ, κ' ἂν μὴ πειθαρχῇ βάρυνον τὰς πέδας αὐτοῦ καὶ μὴ περισσεύσῃς ἐν πάσῃ σαρκί, καὶ ἄνευ κρίσεως μὴ ποιήσῃς μηδὲν...... εἴ ἔστι σοι οἰκέτης, ἔστω ὡς σύ, ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτόν. Εἴ ἔστι σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτόν, ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου ἐπιδεήσεις αὐτοῦ.* —

IV.

Ex his quae hactenus egimus satis liquido constat, carminis auctorem plurima praecepta eaque maximi momenti e Bibliis diprompsisse, quae mores tum privatae tum publicae conditionis respiciunt; quaeque omnibus omni tempore faciunt, leges nempe quas « Noachiticas » vocant מצות שכליות משפטים *δικαιόματα* —) ut eas a legibus praeceptisque scripto latis (jus, crimina ac ritus spectantibus: חקים מצות שמעיות —*ἐντολαί*—) secernant. [1]— Quod si praeceptum aliquod ad ritus pertinens affert, hoc vel morali interpretatione gaudere potest, vel ad valetudinem servandam spectat; et, quod magis interest, a moribus populorum non hebraeorum minimum distat. Ex gr. vss. 147-8:

— *μηδέ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας· ἀργίποσι δὲ λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδονται* — capiti V, 2 Lev. originem debent, atque legem ritualem scripto

---

[1]) ואל תטעה בני בזה התשבון של שבע מצות בני נח הידוע...... כי באמת שאותן שבע הן בעין כללות אבל יש בהן פרטים הרבה —

(E libro Ahhinuch cap. 424).

traditam reddunt, e qua etiam praeceptum libri Hholim (92 a.) defluit: לא ימכר אדם לחברו סנדל שלמתה בכלל של חיה שתוטה מפני שמתעהו ויא מפני הסכנה —
Quod, licet judaicum, apud plurimos populos paulo immutatum invenimus, qui ab esu carnium animalium sua morte extinctorum abhorrent: immo humaniores quaequae nationes nonnullae eiusmodi sacerdotali lege utebantur. Festus enim: « Mortuae pecudis, inquit, corio calceos aut soleas fieri flaminicis nefas habetur, sed aut occisae alioquin aut immolatae, quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt ».

At omnia Judaeorum propria consulto sub silentio praetermisit: ex. gr. initio poëmatis, cum leges Decalogi repetat, de Sabbato Deo consecrando et de sacris legem tacuit. Item vss. 84-5 ad verbum prope, ut supra diximus, e cap. XXII, 6 Deut. deprompti sunt; verba tamen sacri libri « *ἵνα εὖ σοι γένηται καὶ πολυήμερος γένῃ* », quae simplicem utilitatem praeceptum observantibus promittunt, mutata invenimus. Item vs. 16, perjurium vetans originem debet Lev. XIX, 12; ubi praecepto subjungitur severum illud « *ἐγώ εἰμι Κύριος* » quod locum cessit verbis seq. versus 17 Pseudoph:

— *ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ* —

Tum non raro austeritatem legum Mosaicarum mitigavit; ut exemplum proferam: Pseudophocylides simpliciter ait vs. 34:

— *ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρόν, σέο χεῖρα μιαίνειν* —,

cum Moses ei qui prudens inimicum interemerit, necem, qui invitus, asylum destinet. Quibus omnibus perpensis, facile adducor ut Judaeum hellenistam mihi persuadeam ethnicis praecipua religionis judaicae placita proposuisse, antiqui gnomici poëtae Phocylidis vestem simulatum, for-

mamque sermonis pacatam aeque ac serenam adhibentem, velut si facilius ethnicis suae amplectendae religionis aditum patefacere speraret. (Cui quidem opinioni Ewald quoque assentitur — Geschichte des Volkes Isräel, Vol. VI, pag. 374). At contra Bernays affirmat negligentiores Judaeos fuisse in ethnicis ad suas partes trahendis: sed, si tales fuisse Judaeos Hierosolymitanos concedimus, eiusmodi fuisse qui sparsi vivebant, maxime vero ultimis ante Ch. n. saeculis, prorsus negamus. Ex. gratia, teste Horatio (Serm. I, 4, 139-43), certum est Romae, quo, cum Pompeius Jerusalem expugnavisset, magna Judaeorum multitudo confluxit, eos proselytorum studio flagrasse; neque Alexandriae, quae erat commune illud occidentis et orientis emporium, res aliter se habuisse videtur. Ceterum eumdem in finem jam alius Judaeus, nepos Jesu filii Sirach, ut ipse in sua praefatione testatur, avi — *Σοφίαν* — in graecum sermonem vertit: — *ὡς οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς ἀναγιγνώσκοντας δέον ἐστὶν ἐπιστήμονας γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκτὸς δύνασθαι τοὺς φιλομαθοῦντας χρησίμους εἶναι καὶ λέγοντας καὶ γράφοντας*...... in exitu vero ait: — *πρὸς τὸ ἐπὶ πέρας ἄγοντα τὸ βιβλίον ἐκδόσθαι, καὶ τοῖς ἐν τῇ παροικίᾳ βουλομένοις φιλομαθεῖν.*

V.

Cumque Judaeus hellenista graecis hominibus poëma destinaret, non est quod miremur si plura a Graecis celeberrima dicta immiscuerit.

Eodem versu 8 duo Decalogi praecepta continentur eademque eodem ordine disposita quo apud Pindarum Pyth. VI, 23, ubi Chiron Centaurus Achilli discipulo praecipit: — *μάλιστα μὲν Κρονίδαν, βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν θεῶν σέβεσθαι· ταύτας δέ μή ποτε τιμᾶς ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον* — nec non apud

Isocratem (Orat. ad Dem.) «*τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ, τούς δε γονεῖς τίμα.* — Reperio in Hesiodi Theogonia (vss. 226 seqq.):

Αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν ....
Ὅρκον θ' ὃ δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
πεμαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ —

quae optimo iure conferenda sunt cum vss. 16-7 Pseudoph. inter Peripli fragm. incertae sedis apud Eustathium (p. 13, 8, 8 edit. Didot), invenio:

Ὑπερβασία. ἧς παρ' Ἡσιόδῳ χρῆσις ἐν τῷ·
ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί

quam locutionem apud Pseudoph. videre est vs. 36:

πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλ.

Quare suspicor versum integrum Hesiodi fuisse. Vss. 26, 27 Bergk confert cum cap. 29 Isocr. ad Demon.: *Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον-*, et cum Philonis fragm. T. VI, 207 ed. Lips.: *Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ φύσις καὶ τὰ ἐπιόντα ἄδηλα· μήποτε τοῖς αὐτοῖς ἁλοὺς αὐτοκατάκριτος ἐν τῷ συνειδότε εὑρεθῇς.* — Unde non inconsulte post versum 26 alium intercidisse suspicatur, quo scriptor caverat, ne quis alteri adversam fortunam opprobrio tribueret. Vss. 43, 44 in memoriam revocant vss. 19-24 *Συμπόσ. ἡμίαμβ.* Pseudo-Anacrent. n. 56 (ed. Crusii) « *Εἰς χρυσὸν τοῦ αὐτοῦ ἄλλο* »:

Ἄπιστε, ἄπιστε χρυσέ
μάταν δόλοις με θέλγεις.
. . . .
. . . .
σὺ γὰρ δόλων σύ τοι φθόνων
ἔρωτ' ἔθηκας ἀνδράσιν.
. . . .

Versus 49:

μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβου

conferendus est cum v. 215 segg. Theognidis:

Πολύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ,
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
Νῦν μὲν τῇδ' ἐφέπου τότε δ' ἀλλοῖος χρόα γίνεου.

Vel etiam cum praecepto Amphiarai apud Pindarum (Frag. 173 Boeck): — *Ὦ τέκνον, ποντίου θηρὸς πετραίου χρωτὶ μάλιστα νόον προσφέρων πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει. τῷ παρεόντι δ' ἐπαινήσαι ἑκὼν ἄλλοτ' ἀλλοῖα φρόνει* Praeceptum vero, quod apud Graecos de prudentia vel potius de astutia expetenda, apud Iudaeum de fugienda calliditate extat, subiungitur enim versus 50:

πᾶσι δ' ἅπλοος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.

Proverbium versus 56:

οὐκ ἔτι δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον

confer cum Simonidis Cei fragm. 52; Edit. Crus. pag. 246- *τὸ γὰρ γεγηνεμένον οὐκέτ' ἄρεκτον ἔσται* vel cum vss. 283-4 Theogn. (pag. 30 ed. Crusii) *Ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμηχανόν ἐστι γενέσθα ἀέργα* vel ut Goramio placet cum versus 31 Olint. II Pindari (Bergk): *τῶν δὲ πεπραγμένων ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον, οὐδ' ἂν χρόνος ὁ πάντα πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων.* Versus 61, quamquam proverbium e Bibliis petitum, conferendus est cum versu Euripidis qui est apud Athenaeum LVI:

Ἐν πλημονοῦντι γὰρ κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ.

Versus 64 definitionem Aristotelicam affert, cfr. Rhet. II, c 2 init.: *Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας κ. τ. λ.* et De anima I, 1: *ὀργὴ τί ἐστιν ὁ διαλεκτικὸς ὁρίσαιτο ἂν ὄρεξις ἀντιλυπήσεως.* Proverbio versus 97: *μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ* praeivit, ut ait Goram, frag. Pind. 49, 3: *οὐ γὰρ ἐοικὸς ἁρπαζομένων τῶν ἐόντων καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ καὶ κακὸν ἔμμεναι.* — Versus 92 prope reddit versum 115 Theogn:

— *πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσι ἑταῖροι* —

Vss. 107-8 ab aliena manu insertos esse putat Bergk,

eo quod, qui eos composuit, secutus sit pervulgatam Graecorum opinionem corpus, cum cinis fiat, ad terram, animum ad aetherem, undae profectus est, redire ; ideoque eum inferos nullos esse necessario credidisse ; cum contra inferorum regna, ubi mortuorum animae degunt, vss. 105 et 111 satis dilucide significent, et cum vss. 107-8 adversa fronte pugnare videantur. At si, ut supra diximus, poëta graecis hominibus carmen dedicaverat, omnia Judaeorum propria consulto tacere, et locutiones Graecorum (ex gr. — *Ἅιδης* —), et philosophorum placita (ex gr. — *ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται* —) sequi debebat. Cfr. hosce apud Plutarchum (consol. ad Apoll.) Epicharmi versus :

Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη
Καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν
Γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω.

vel vss. seqq. Eurip. (Chrysip.) :

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαίαν · τὰ δ' ἀπ' αἰθερίοιο
Βλάστοντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν · θνήσκει δ οὐδὲν
Τῶν γινομένων ·

Verba Theognidis vs. 593 et seqq. :

μήτε κακοῖσ(ν ἀσῶντα λίην φρένα, μετ 'ἀγαθοῖσιν
τερφθ(ἐντ') ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν,

conferenda sunt cum versu 118 Pseudoph.

— *μήτε κακοῖς ἄχθου, μητ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμη* — praesertim cum exitus concinat cum vs. 79 :

μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν δ' ἀτρεκέως πέρας ὄψει

De vs. 87 : *μηδὲ δίκην δικάσης, πρὶν ἄμφω μῦθον ἀκούσης* confer. Cic. ad Att. VII, 18 : « Ego enim, etsi illud *ψευδησιόδειον,* ita enim putatur, observo : « *μηδὲ δίκην* » Schneidewin (De Pittheo. Gott. 1842) ad *Χείρωνος ὑποθήκας,* quas vulgo Hesiodo tribuebant, referendum esse

hunc versum putat. Alii ipsam sententiam ad Pitthea referebant; cfr. Sch. Euripid. Hippolyt. 263. — *Ὁ δὲ Θεόφραστος, ὡς τὰ Σισύρου λεγόμενα καὶ Πιτθέως, οἷον· Μηδὲν ἄγαν, Μηδὲ δίκης δικάσῃς, π. ἄ. μ. ἀκ.* — Alii postremo Democrito tribuerunt: ita ut dicere nobis liceat, proverbium olim primo evulgatum, mox adeo in deliciis fuisse, ut saepe adhiberetur, et a posteris non uni auctori adscriberetur.

At ad verba Luciani (De calumn. non temere cred. c. 8): — .... *ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον ἐπάγειν τῷ λόγῳ εὖ μάλα περὶ τούτων ἀποφηνάμενον, μᾶλλον δὲ νομοθετήσαντα· φησὶ δὲ· Μηδὲ δίκην δ. π. ἄ. μ. ἀκ.* — Scholiasta ait: *Φωκυλίδης* — vel *Φακυλίδου* — alius: *τὸν Φωκυλίδην ποιητήν μοι δοκεῖ* — quae perpendenti mihi Scholiastam veterem Phocylidem respexisse (non Pseudophocylidem, ut credit Goram) in tuto est. At quot fortasse istius carminis versus antiquo illi Milesio recentior auctor surripuit!

Quem versum, dum Bernays (XXVI) delendum censet, et in editionibus suis Bergk et Crusius ut subdititium cancellis saepserunt, Otto Goram ut partem poëmatis tueri studet, cum traiciat vs. 87 ante 86:

87 *Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἄμφω μῦθον ἀκούσῃς*
86 *Μηδέ ποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.*

Quod Bergkio non probatur; at nobis permira eum fecisse credimus, quod consentaneum est poëtam ei quem alloquatur, prius suadere quid ipsi judici agendum sit, quam quales alios legat judices: tum quod sequentes versus apte excipiunt: praeterea Pseudophocylides notissimo illo dicto vers. 87-8 doctrinam Mosis sequi videtur (Deut. XIX, 17): — *καὶ στήσονται οἱ δύο ἄνθρωποι οἷς ἔστι αὐτοῖς ἡ ἀντιλογία, ἔναντι Κυρίου, καὶ τῶν ἱερέων, καὶ ἔναντι τῶν κριτῶν, οἳ ἂν ὦσιν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις — καὶ ἐξετάσωσιν οἱ κριταὶ ἀκριβῶς κ. τ. λ.*

Versum 110 Pseudoph.:

οὐκ (ἔνι δ' εἰς Ἅιδην ὄλβον) καὶ χρήματ' ἄγεσθαι.

confer cum vss. 7-8 fragm. 22 (edit. Crus, 41) Solonis

. . . . *τὰ γὰρ περιώσια πάντα*

χρήματ' ἔχων οὐδεὶς ἔρχεται εἰς Ἀίδεω.

Cum versibus 125-8, (attento quo dispositi sunt ordine), cfr. *ὠδάριον ἐρωτικόν* anacreonticum (24 Crus. *Ἄλλο ἐρωτικόν*):

Φύσις κέρατα ταύροις,
ὁπλὰς δ' ἔδωκε ἵπποις,
ποδωκίην λαγωοῖς,
λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
τοῖς ἰχθύσιν τὸ νηκτόν,
τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι
τοῖς ἀνδράσι φρόνημα,
. . . .

nec non Maxim. Tyr. cap. XXVI, 6. . . . . *λόγον δὲ αὐτοῖς Θεὸς ἔδωκε πρὸς τὰς ἁπάντων εὐπορίας ἀντίῤῥοπον κ. τ. λ.* (1) — Versum 152:

μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς σπείρειν ἴσον ἔστ' ἐνὶ πόντῳ.

Bergk non a carminis scriptore profectum censet, sed ab alio postea adiectum, cui quodammodo redarguere in animo fuerit praeceptum 140-2; non ita mihi videtur, ac miror eum fugisse a Theognidis versibus 105-6 versum illum derivari:

Δειλοὺς εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστίν.
ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς,

quamquam Pseudophocylides improbos probis, poëta vero Megarensis « *δειλοὺς* » — « populares » « *καλοῖς κ' ἀγαθοῖς* » — « nobili genere natis » opponit. Cum

---

1) Bergkio Empedocles potius huius sententiae auctor videtur: cfr. Plut. de Fort. c. 3: *Ἐπεὶ τύχῃ γε καὶ φύσει γενέσεως ἄμεινον τὰ πλεῖστα τῶν ἀλόγων κέχρηται. τὰ μὲν γὰρ ὥπλισται κέρασι καὶ ὀδοῦσι καὶ κέντροις, αὐτὰρ ἐχίνοις, φησὶν Ἐμπεδοκλῆς,*

versus 144-6, ut supra diximus, e Sir. libro deprompti sint, vs. 144 tamen:

ἐξ ὀλίγου σπινθῆρος ἀθέσφατος αἴθεται ὕλη.

conflatur iisdem fere verbis quibus Pindarus (Pyth. III, 35): — *καὶ γειτόνων πολλοὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ δ' ἔφθαρεν, πολλὰν δ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν*

Versum 162:

οὐδὲ ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον

scholiasta Hermogenes (Rhet. T. V. 441) tamquam oraculi Apollinis Milesii dictionem affert [2]), quocirca poëta motus est, ut etiam versum 163 annecteret: *οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι· πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει,* quocum illud conferendum celeberrimum Hesiodi: — *τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι* —; et illud Epicharmi apud Xenophontem (Mem. II, 1, 20), — *τῶν πόνων πολοῦντες πάντα τἀγαθ' ἁμὶν τοὶ θεοὶ* —. Locutione illa *μάκαρες* versus 163 Pseudophocylides adsignificare conatus est, ut optime Bernays animadvertit, ingentes naturae vires, quas veluti actuosos Dei ministros vel operarios effingit, cuius voluntati obsequuntur; idque juxta Psalm. 104, 4: — *ὁ περιπατῶν ἐπὶ ἀνέμων, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα κ. τ. λ.* Quod etiam in vss. 70-5 evenire credibile est, ubi luna, coelum, terra maria, flumina « *οὐρανίδαι* » et « *μάκαρες* » dicuntur. Olympii enim contra « *ῥεῖ ζώοντες* » curis negotiisque procul degunt.

ὀξυβελεῖς χαῖται νώτοις ἔπι πεφρίκασι, καὶ ὑποδέδεχται καὶ ἠμφίεσται φολίσι καὶ λάχναις, καὶ χηλαῖς καὶ ὁπλαῖς ἀποκρότοις - μόνος δὲ ἄνθρωπος κατὰ Πλάτωνα, γυμνὸς εαὶ ἄνοπλος καὶ ἀνυπόδετος καί ἄστρωτος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται, ἀλλ' ἕν διδοῦσα πάντα μαλθάσσει κατὰ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν πρόνοιαν.

[2]) Num forte, ait Goram, Milesio illi oraculo necessitudo quaedam cum antiquo Phocylide intercessit?

Ego non dubito quin hic versus ab antiquo poëta Milesio adhibitus fuerit.

Demum versum 175:

μὴ μείνῃς ἄγαμος, μήπως νώνυμος ὄληαι

confer cum cap. VI. De Legibus Plat.: *Χρὴ ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι τῷ παῖδας καταλείποντι, ἀεὶ τῷ Θεῷ ὑπερέτας ἀνθ' αὐτοῦ παραδιδόναι* —, et vs. 199 et seqq. cum vss. 183 et seqq. Theognidis:

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι. γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελαδαίνε,
ἐσθὸς ἀνηρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.

. . . .

χρήματα γὰρ τιμῶσι κ. τ. λ. . . . . . .

quae certo certius prae oculis habuit Pseudophocylides in suis versibus exarandis.

VI.

Scriptor Phocylideae estne Alexandrinus? Ita sensit jam Bleeck illum « Alexandrinum Iudaeum » appellans; ita et Bernays, qui pro certo statuit verisimilius esse Iudaeum in Aegypto potius quam alibi eo usque audere potuisse, ut documenta de praeceptis divinis observandis traderet: ea in regione qua potissimum idolorum cultus expolitior omnes vitae usus pervaserat, atque familiaris quaedam consuetudo inter Iudaeos et Aegyptios intercesserat, tum Alexandri Magni, tum Ptolomaeorum favore et auctoritate adiuta.

Alexandriae enim Iudaei multitudine et auctoritate vigebant sub Ptolomaeo Sotere, qui coloniam Iudaeorum deduxerat, atque, ut ait Wesseling (De Iudaeorum archontibus — Trai. 1738 cap. 3.°) quasi civitatem in civitate efficientes, propriis legibus, ethnarchis et templo, ab Aegyptiis separati, utebantur. Ioseph (Antiq. Iud. XII, 1, 3) de Ptolomaei benignitate erga Iudaeos in Aegyptum abductos, quamquam antea Ierusalem dolo capta

fuerat, sic ait: « *πολλοὺς αὐτῶν εἰς τὰ φρούρια καταλοχίσας, καὶ τοῖς Μακεδόσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας, ὅρκους ἔλαβε παρ᾽ αὐτῶν κ. τ. λ.* »; immo nonnullos Iudaeorum illuc venisse vel bonitate soli vel liberalitate Ptolomaei allectos: « *οὐκ ὀλίγοι δ᾽ οὐδὲ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων ἑκουσίως εἰς τὴν Αἴγυπτον παρεγένοντο τῆς τε ἀρετῆς τῶν τόπων αὐτῆς καὶ τῆς τοῦ. Πτολεμαίου φιλοτιμίας προςκαλουμένης.* Strabo (Histor. L. XIV, c. VII, 2) haec habet: «..... *ἐν γοῦν Αἰγύπτῳ κατοικία τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἀποδεδειγμένη, χωρὶς καὶ τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως ἀφώριστο μέγα μέρος τῷ ἔθνει τούτῳ. καθίσταται δὲ καὶ ἐθνάρχης αὐτῶν, ὃς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος καὶ διαιτᾷ κρίσεις, καὶ συμβολαίων ἐπιμελεῖται καὶ προσταγμάτων, ὡς ἂν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. ἐν Αἰγύπτῳ μὲν οὖν ἴσχυσε τὸ ἔθνος....* » *κτλ.* cfr. Phil. c. 523 contra Flacc.: — *ἡ πόλις οἰκήτορας ἔχει διττοὺς ἡμᾶς τε καὶ τούτους καὶ πᾶσα Αἴγυπτος, καὶ ὅτι οὐκ ἀποδέουσι μυριάδων ἑκατὸν οἱ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν χώραν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες* .... 525 *πέντε μοῖραι τῆς πόλεώς εἰσιν* —, *τούτων δύο Ἰουδαϊκαὶ λέγονται, διὰ τὸ πλείστους Ἰουδαίους ἐν ταύταις κατοικεῖν. οἰκοῦσι δὲ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις οὐκ ὀλίγοι σποράδες.* — Et qui plura de Iudaeorum conditione scire vult, perlegat cap. 4 Lib. II Ios. Flav. Ant. Iud. ubi describuntur jura ac privilegia Iudaeis concessa ab Alexandro Magno, Ptolomaeo Lagi, Ptolomaeo Philadelpho, qui postremo, tota Syria vi et armis occupata « *οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλά, παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, πόλλάς, ὡς ἡμῖν νομιμόν ἐστιν, ἐπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια.* (c. 4, II.) — Praeterea versus Pseudophocylidis 100—2:

— *μὴ τύνβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ᾽ ἀθέατα*
δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλύεμεν ἀνθρώποιο —

Aegyptum aperte indicant, cuius mores sepeliendi describit Diod. 1, 91 [1]). Item Si quis perpendat quot versus et mare et nauticas res memorent, quarum, Salomonis tempore excepto, Iudaei Palaestinenses prorsus immunes fuerunt, facile Alexandriam in memoriam revocabit. Versus 25 erga naufragos misericordiam admonet, quoniam navigatio est incerta:

— *ναυεγοὺς οἴκτειρον, ἐπεὶ πλόος ἐστὶ ἄδηλος.* —

vs. 131 « etiam navis sapientiam gubernare » dicit:

. . . . *σοφία καὶ νῆα κυβερνᾷ* —

vs. 152: « idem est ac seminare in ponto improbo benefacere »:

« *μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔστ' ἐνὶ πόντῳ*

Post versum 159, qui dicit esse in vita omnigenum opus, si laborare volueris, statim primo loco subjungitur: « Nauta es, navigare vis, mare est spatiosum » — *Ναύτιλος εἶ, πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα* » Vs. 15: — *σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον ἀλλ' ἴσον ἕλκειν* — et vss. 39-41.

ἔστωσαν δ' ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
άπντες γὰρ ξενίης πειρωμεθα τῆς πολυπλάγκτου
χώρη δ' οὔ τι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.

Alexandriae optime convenire quam frequentare hospites solebant, ibique incolarum judaeorum magna pars haud dubie mercaturam gerebat.

Item vs. 27 — *κοινὰ πάθη πάντων· ὁ βίος τροχός. ἄστατος ὄλβος* — symbola quibus Aegyptii utebantur memorat. Narrat enim Clem. Alex. Strom. Lib. V. c. VIII.

---

[1]) . . . . *ἔπειτα δ' ὁ παρασχίστης λίθον ἔχων αἰθιοπικὸν καὶ διατεμὼν ὅσα νόμος κελεύει τὴν σάρκα (νεκροῦ), παραχρῆμα φεύγει δρόμῳ διωκόντων τῶν συμπαρόντων, καὶ λίθοις βαλλόντων, ἔτι δὲ καταρωμένων καὶ καθαπερεὶ τὸ μύσος εἰς ἐκεῖνον τρεπόντων*; quasi ut cadaveris laesi peccatum in hunc solum — *παρασχίστην* — recideret, unde colligitur et ipsis Aegyptiis odiosum esse hunc

Αἰγύπτιοι οὐ τοῖς ἐπιτυχοῦσι τὰ παρὰ σφίσιν ἀνετίθεντο μυστήρια, οὐδὲ μὴν βεβήλοις τὴν τῶν θείων εἴδησιν ἐξέφερον ἀλλ 'ἤ μόνοις γε μέλλουσιν ἐπὶ βασιλείαν προϊέναι καὶ τῶν ἱερέων τοῖς κριθεῖσιν εἶναι δοκιμοτάτοις ἀπό τε τῆς τροφῆς, καὶ τῆς παιδείας καὶ τοῦ γένους. ὅμοια γοῦν τοῖς Ἑβραϊκοῖς. κατάγε τὴν ἐπίκρυψιν, καί τῶν Αἰγυπτίων αἰνίγματα......... VIII .... *ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον Αἰγυπτίων οἱ λογικώτατοι, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων, ὅσοι φιλοσοφίας, ὠρέχθησαν, τὸ συμβολικὸν εἶδος ἐξήλωσαν.*........ *καὶ Διονύσιος ὁ Θρὰξ ὁ Γραμματικὸς ἐν τῷ « Περὶ τῆς ἐμφάσεως τοῦ περὶ τῶν τροχίςκων συμβόλου » φησὶ κατὰ λέξιν· Ἐσήμαινον γοῦν οὐ διὰ λέξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ συμβόλων, ἔνιοι τὰς πράξεις· διὰ λέξεων μὲν, ὡς ἔχει τὰ λεγόμενα Δελφικὰ παραγγέλματα « τὸ μηδὲν ἄγαν » καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. διὰ δὲ συμβόλων, ὡς ὅτε τροχός ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς τῶν Θεῶν τεμένεσι, εἱλυσμένος παρὰ· Αἰγυπτίων . καὶ τὸ τῶν θαλλῶν των διδομένων τοῖς προσκυνοῦσι, φησὶ γὰρ Ὀρφεὺς ὁ Θράκιος·*

Θαλλῶν δ' ὅσσα βροτοῖσι ἐπὶ χθωνὸς ἔργα μέμηλεν.
οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσὶν, αλλὰ κυκλεῖται
πάντα πέριξ · στῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος οὐ θέμις ἐστίν.

Postremo doctrinae hebraico-graecae, qua scriptor Pseudophocylideae praeditus apparet, nusquam aptiorem sedem quam Alexandriae nobis invenire licebit.

Statuit Bernays tempus, quo verisimilius est carmen Phocylideum compositum fuisse, minime saeculum alterum a. Ch. n. excedere posse: quo saeculo graeca Bibliorum translatio vulgari coepta est; neque ultra dimi-

---

morem, quamvis lege probatum. Apud quos tandem Ptolomaeus Philadelphos medicis Herophilo et et Erasistrato concessit ut cadavera artis in usum secarent, quem morem, in dies magis vigentem, Pseudoph. 2. 102 perstringit: cfr. Bernhardy Hist. L. T. I, 364.

dium secundi saeculi post Ch. n., qua aetate Christiana religio adeo longe lateque diffusa est, ut nemo eam ignorare possit: quod vero nulla in carmine extent N. T. vestigia, id nos intra 150 annos post Ch. n. consistere cogit. At auctorem Iudaeum esso demonstravimus *γνώμας* suas ethnicis dedicantem: qua re perpensa, simulque calamitatibus, quae genti judaicae uno saeculo et dimidio post Ch. n. illatae sunt, praecipue vero templi Herosolimitani excidio, consideratis, nemo erit, qui sibi persuasum habeat, Iudaeum adeo studio flagrasse ethnicis monita legesque morales tradendi, cum in hoc maxime tunc Iudaei hellenistae adlaborarent, ut scriptis se suamque religionem tuerentur.

Annum igitur septuagesimum p. Ch. n. transilire vetamur. Hinc Bernays tempus, quo Pseudophocylidea exarata fuerit ab anno ducentesimo a. Ch. n. ad septuagesimum p. Ch. n. decurrere, pro certo habet.

Verum non satis animadvertit quae quantaque auctor noster e libris sapientiae Salomonis et Sirachi exhauserit, quorum eruditi recentiores illum circa dimidium alterius saeculi a Ch. n. confectum reputant, hunc e sermone judaico in graecum conversum [1]) non multo post tempore fuisse arbitrantur, nempe sub Ptolomaeo Evergete secundo Phiscone (145-16 a. Ch.) Si igitur ita res se habet, Pseudophocylideam non ante seculi secundi exitum compositam fuisse patet. — Insuper Ptolomaeus Phisco, Aristarchi grammatici discipulus atque viginti quattuor librorum — ***Ὑπομνημάτων*** — auctor, quos non semel Athenaeus laudat, undique codices congregabat emebatque: qua etiam de re plurimis pecuniae avidis

---

[1]) quin immo ipse huius libri interpres se translationem confecisse, regnante Ptolomaeo Evergete, profitetur, quem eruditi recentiores Evergetem II esse existimant.

persuasit, ut ei opera sua pretio venderent, quibus veterum scriptorum nomina imposuissent. Quod serius Iubas quoque, Numidiae ac Mauritaniae Tingitanae et Caesariensis rex, praestitit: qui scripta pythagorica, quae genuina putabat, magna cura collegit: atque David (Schol. in Aristot. 28^a, 13 seqq.) refert nonnullos compilatores supposititia pretio venditare conatos esse. Apocryphorum tum maxime florebat aetas.

Saeculo primo a. Ch. n. neopythagorica schola vigere coepit, quae, religione et auctoritate antiqui philosophi innixa, morum praecepta, a Platone, Aristotele, Stoicis deprompta, severa ac paucis expedita tradebat. Verisimile est hanc philosophiam initiis primi a Ch. saeculi Alexandriae principium habuisse. (cfr. Zeller — Phil. d. Griechen — p. 98 Susemill — Griech. Litt. in der Alex. Zeit I. II, 332).

Quae perpetuo inclaruit splendore duobus etiam sequentibus saeculis, donec neoplatonicis disciplinis permixta est. Plurima ad illam scripta, sub alieno nomine edita, pertinent, ut *τὸ* « *Περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος* » cuius auctor Timaeus Locrensis perhibetur; *τό* « *Περὶ τοῦ παντὸς φύσιος* » quod opus Okello Lucano adscribitur, atque multa alia falso tributa Brontino, Theano, Aresae et aliis; praecipue vero ea moralia scripta quae Hippodami, Hipparchi, Callicratidae, Poli Lucani, Dionis, Brisonis et aliorum nomine ad nos pervenerunt; nec non carmen quod « *Χρυσᾶ ἔπη* » [1]) inscribitur, falso antiqui Pythagorae nomini addictum. *Τὰ Χρυρᾶ ἔπη* non minus quam Pseudophocylidea ea supplebant, quae phi-

[1]) « Il n'est pas douteux qu'une partie de ces préceptes ne soient anciens, même quant à la forme. Mais il y a tout lieu de croire qu'ils ont été grossis, arrangés, complétés vers le temps où se constituait le néopythagorisme (Hist. d. l. Litt, grecq. V. V. 410 Croiset.)

losophorum religioni placitisque deerant, eorum praecipua documenta sapientioraque effata in unum colligendo, quo facilius memoriae mandarentur, et communibus vitae usibus inservirent.

Utroque enim carmine, iisdem fere locutionibus pietas erga Numen, honorque in parentes commendantur: Phocyl. v. 8: — *πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας*
Χρυσᾶ ἔπη: — *Αθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς [διάκεται*
τίμα, καὶ σέβου ὅρκον . . . .
. . . .
τούς τε γονεῖς τίμα, ...

in utroque moderatio laudatur:

Pseud. v. 14: *μέτρα, νέμειν τὰ δίκαια καλὸν, δ' ἐπίμετρον [ἁπάντων*
X.ἔ. v. 38 *Μηδ' ἀναλεύθερος ἴσθι, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσι ἄριστον.*
Pseud. v. 68: *μέτρῳ ἔδειν, μέτρῳ δὲ πιεῖν καὶ μυθολογεύειν.*
X.ἔ. v. 33: *'Αλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε [ποιεῖσθαι*
Praeceptum Pseudoph. vs. 76:
σωφροσύνην ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
ita tradunt *X.ἔ.* vss. 11-13:
. . . . . *πρήξης δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου, μητ' ἰδίῃ.*
Εἶτα δικαιωσύνην ἄσκει ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
Proverbium Pseudoph. versuum 109-10:
. . . . *μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις*
οὐκ (ἔνι δ' εἰς Ἄιδην ὄλβον) καὶ χρήματ' ἄγεσθαι
πάντες ἴσον νέκυες· . . . .
ita versibus 15, 16 *X. ἔ.* exprimitur:
ἀλλὰ γνῶθι, μὲν ὡς θανέεειν πέπρωται ἅπασι
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλέϊ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Confer vs. 119 Pseudoph.:
μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ
cum *X. ἔ.* vs. 18:
(ἄλγεα) Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.

nec non vs. 27 Pseudoph.:

κοινὰ πάθη πάντων ὁ βίος τροχός· ἄστατος ὄλβος

cum vss. 57-8:

. . . . *οἱ δὲ (βροτοὶ) κυλίνδροις*

ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.

Praeterea in utroque carmine animorum — *καθαρμοί* — memorantur: cfr. v. 228 Pseudoph.:

ἁγνείη ψυχῆς, οὐ σώματος, εἰσὶ καθαρμοί.

cum *Χ.ἔ.* vss. 67-8:

ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν ἔν τε καθαρμοῖς

ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων· . . . .

qui insuper in memoriam redigunt versus Pseudoph. 139-47:

μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἔλεαι

. . . .

μηδέ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας. . . . .

Atque ut virtutis praemium vitae tranquillitas, divinaque immortalitas portenditur: cfr. Pseudoph. vss. 229-30:

. . . . *τοῖα βιεῦντες*

ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν . . . .

cum *Χ.ἔ.* v. 63-4:

εἰ . . . . *κρατήσεις ὧν σε κελεύω,*

ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.

atque vss. 104 et 108 Pseudoph.:

. . . . *ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται*

. . . .

. . . . *ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται*

cum *Χ.ἔ.* v. 70-1:

Ἢν δ' ἀπολείψας [1] *σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,*

Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

---

[1] Optimi quinque Scriptores *ἀπολιπών* dicere solent, contra primum aoristum posteriores Graeci crebro usurparunt. Ita Pseudoph. in vs. 72 dicit: *ἀπόλειψον* imp. loco: *ἀπόλιπε.*

Igitur minime a vero longe abest quin Pseudophocylides, felici — *τῶν χρυσῶν ἔπων* — exitu in spem erectus, suas — *γνώμας* — simili carmine ethnicis dedicasset. Atque affinitatem, quae inter *χρυσᾶ ἔπη* exstat et Pseudophocylideam, jam veteres animadvertisse hinc argui potest quod in duobus codicibus Mutinensibus ita carmen Pseudophocylidis inscriptum sit: « *Φωκυλίδου ποίησις πάνυ ὠφέλιμος. τὰ λεγόαενα ἀργυρᾶ* ». — *Ἀργυρά* vocatur Pseudopocylidea, ratione habita *τῶν ἔπων*, quae *χρυσᾶ* inscribuntur. Praeterea non pauca Neoplatonicorum, quos supra memoravimus cum Pseudophocylidea conferri possunt: ea dumtaxat attingam, quae maioris mihi momenti esse videntur. Ex. gr. Polos Lucanus in libro « *Περὶ δικαιοσύνης* » (Frag. Philos. Vol. II Mülach. Didot) haec habet: . . . . *ἁρμονία γάρ ἐντι καὶ εἰράνα τὰς ὅλας ψυχᾶς μετ' εὐρυμίας . . . . . . ἐν κόσμῳ μὲν ὧν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῖσα πρόνοιά τε καὶ ἁρμονὶα καὶ δίκα καὶ νόος τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιξαμένω ἐν πόλι δὲ εἰράνα τε καὶ εὐνομία δικαίως κέκληται. ἐν οἴκῳ δ' ἐντὶ ἀνδρὸς μὲν καὶ γυναικὸς ποτ' ἀλλάλως ὁμοφροσύνα, οἰκετᾶν δὲ ποτὶ δεσπότας εὔνοια, δεσποτᾶν δὲ ποτὶ θεράποντας καδεμονία . . . . . ἐν δὲ ψυχᾷ σοφία ἃ ἐκ τᾶς ἐπιστάμας τε καὶ δικαιοσύνας γενομένα παρ' ἀνθρώποια. κ. τ. λ.*

Neque aliter Pseudophocylides, cum vss. 70-5 totius universi *ἁρμονίαν* describit, gressum facit ad concordiam commendandam, quae cum amico, hospite (cfr. vs. 82) et creditore (cfr. vs. 83) habenda est, ad ordinem quo civitas regenda (vss. 80 et seqq.): hinc officia pertractat, quae quisque sibi ipsi debet, quae aliis, quae mortuis (v. 17); ad rectum familiae regimen (vss. 175-206); ad concordiam demum, quae cum uxore, cum filiis (207), cum amicis (218), cum famulis servanda est. Neque abstinere possum quin locum referam e fragmentis lib. « *Περὶ*

οἰκῶν εὐδαιμονίας » cap. III Kallicratidae Laconis: — *Γαγησέοντα δὲ δεῖ γαμὲν ποτὶ τὰν αὐτῷ τύχαν, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὰν δύναμιν, μήτε μήοντα τᾶς δυνάμιος τὸν γάμον ἐπάγηται, ἀλλὰ ποτὶ λόγον τᾶς ἰδίας δυνάμιος. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὰν δύναμιν ἐπάγοντες στασιάζοντι διὰ τὰν ἁγεμονίαν. ἁ μὲν γὰρ τῷ πλούτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχοισα τ'ἀνδρὸς ἄρχειν προαιρεῖται, ὁ δὲ ἀνάξιον ἀγεῖται καὶ παρὰ φύσιν συγχωρέν.*—, quo eadem ac in Pseudoph. (vss. 199-200 203-4) sententia explicatur. Confer praeterea frag. — *Περικτιόνης τῆς πυθαγορείας ἐκ τοῦ* — *Περὶ σοφίας* — nec non — *Περὶ γυναικὸς ἁρμονίας.* — Pari autem processu, quo etiam Pseudophocylides, Okellos Lucanus suo tractatui, rerum natura et harmonia expensa, finem imponit, praecepta tradens ad coniugalem vitam spectantia; quam igitur affinitatem et locutionum brevitas et praeceptorum concinnitas nec non figurae quaedam et comparationes traditione acceptae indicant. Non aliter quam Pseudophocylidea eorum tractatus de moribus et *τὰ* — *Χρυσᾶ ἔπη* — a rhetoricorum fuco abhorrent, atque, ut ita dicam, — *ἐγχειρίδια* — sunt novi nihil proferentia, ad vitae tamen necessitates quam maxime accommodata. Quorum auctores, ut ait Croiset (Hist. Lett. Vol. V. pag. 410): — Croyaient retrouver .... le debris des vieilles doctrines pythagoriciennes et n'hésitaient pas à les rendre à leurs véritables auteurs ». Pseudophocylides vero explicare simulat quae verus Phocylides tradidisset, [1]) et dum Neopythagorici doricum sermonem praeferunt, antiqui Pythagorae proprium, ille jonico gaudet, quo et antiquus Milesius usus fuerat.

Praeterea ne nos fugiat eodem tempore Iudaeorum sectas variis principiis inter se discrepasse. Flavius Io-

---

[1]) Etiam auctor libri Sapientiae Sirachi sub ficto Salomonis nomine regibus praecepta tradidit.

seph (Arch. XV, 10, 4) ait simillimos fuisse Phariseos Stoicis, Sadduceos Epicureis, Essenos vel Essaeos Pythagoricis. Philonis, Ioseph Flavii, Plinii, Eusebii, Porphyrii narrationibus comparatis, nobis constat Essenos sectam judaicam constituisse per Palestinam, Syriam et Ægyptum [1]) sparsim viventes, communibus placitis ac secretis ritibus, potissimum vero fraterna amicitia, mutuo sanctitatis probique studio conjunctos; numerum eorum ad 4000 succrevisse. Ratio iis procul ab aliorum societate vivendi fuit, ne sceleribus illius temporis contaminarentur, ne legum iniustitia opprimerentur, sed natura et Mose ducibus, vitam tranquillam, minime vero inutilem et inertem (cfr. vs. 153 Pseudoph.):

— *ἐργάζευ μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς* —

sed artibus, quae vitae et morum sanctitati maxime prospicerent, deditam peragerent.

Temperantiam et continentiam, maximas omnium virtutum, celebrabant, cfr. vss. 68-9:

— *μέτρῳ ἔδειν, μέτρῳ δὲ πιεῖν καὶ μυθολογεύειν* —

voluptatum contemptores (cfr. vs. 145 — . . . . *τῶν λωβητῶν ἀπέχεσθαι* —) parce victitantes, cfr. vss. 61; 81, 82:

ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας
καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
ἢ πλείσταις θαλίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.

Qui vero de uxore ducenda cogitabant, nonnisi per triennium, explorata virginis continentia, foedus inibant, et in ipso quoque castam profitebantur continentiam (cfr. Pseudoph. vss. 175-200), ne propter libidinem, sed liberorum producendorum causa, uxores duxisse viderentur. Praeclara fuit inter eos omnium aequalitas; laborum

---

[1]) Qui vero Aegyptum incolebant, Therapeutae appellabantur.

emolumenta, uti omnino, quae quis haberet bona, omnibus communia erant: cfr. vs. 30:

— *ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος καὶ ὁμόφρονα πάντα* — et vs. 27: *κοινὰ πάθη πάντων.* . . . .

Nullos habebant servos, idque naturae contrarium et pravitatis signum putabant; cfr. Pseudophocylidis vss. 223-7 qui benignitatem erga illos admonent.

Agros colebant (cfr. vss. 35-61), et pecudum apumque curam gerebant, (cfr. vss. 171 seqq.) aliasque artes probitati morum facientes exercebant; a commerciis vero et navigatione (cfr. v. 25) et opere bellico plane abstinebant, cfs. vss. 32-3, 15-1.

Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν
εἴθε δὲ μὴ χρήζοις μήτ' ἔκνομα, μήτε δικαίως
151 — *φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔριν πολέμου προσιόντος*

Nec aurum nec argentum colligere, nec latifundia acquirere studebant cfr. vss. 60-2; 42 seqq.:

οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσι ὄνειαρ.
ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκετ' ἔρωτας.
ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
42-*ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.*

Bona vero ad pauperes alendos et aliorum inopiam levandam adhibebant; cfr. vs. 109:

πλούτου μὴ φείδου. . . . .

et vss. 28-9:

πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πεντεύουσιν ὄρεξον.
ὧν σοι ἔδωκε θεός, τούτων χρήζουσι παράσχου.

Amicos fraterno amore, senes summa reverentia prosequebantur; cfr. vs. 218; 220-2:

στέργε φίλους ἄχρις θανάτου . . . .

. . . .

αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.

Iram et jurga tamquam funestissimam pestem odio habebant: cfr. vss. 77-8:

« *μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκη δ' ἀπόλειψον ἄμυναν*
πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει »

vss. 123-4:

εὐεπίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει.
ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.

ac vss. 142-44:

βέλτερον ἀντ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλου εὐμενέοντος.
ἐξ ὀλίγου σπινθῆρος ἀθέσφατος αἴθεται ὕλη.

Si quid affirmabant juramenti lo erat, pessimaeque indolis iudicium reputabant, si cui invocata numinis fide, crederetur [1]) cfr. vs. 16:

μήδ' ἐπιορκησῃς μητ' ἀγνῶς μήτε ἑκοντί.

Hic vivendi modus, qui in multis cum pythagorico convenit, in Pseudophocylidea expressus mihi videtur. Est igitur mihi Pseudophocylides Iudaeus quidam Essenus, vel, ut dicunt, Therapeuta, qui carmen suum initio primi ante Ch. n. saeculi condidit, cum Schola Neopythagorica vigere coepit. Praelerea Graetz in opere quod inscribitur: — Geschichte des Volkes Israël's — (v. III, 311) Iudaeos hellenistas triplici serie distinguit: Prima eorum est qui dogmata, leges moresque ethnicorum silentio premunt; altera eorum qui improbos mores perstringunt; tertia eorum qui suam tutati, ethnicorum religionem impugnant. At vero opera eorum qui tertia serie concluduntur, primo saeculo post Ch. n. abundant: Philonis scripta innuo atque Ioseph. Flavii, cuius memoratu dignae sunt *αἱ* — *Ἀντιῤῥήσεις προς Ἀπίωνα* — quas rectius omnino « *Ἀντιῤῥήσεις πρὸς Ἕλλενας* » Porphyrios appellat,

---

[1]) Cfr. Philon. (Lib. « Quisque virt. stud. » II pag. 457 seqq.) Ioseph. FC. (Antiqu. Ind. XIII, 5. 8; XV, 10, 5; XVIII, 1. 5 — De Bello Judaico II, 8, 2-13) Plin. (Hist. N. V, 15) Euseb. (Praep. Ev. IX, 2) Prorphyr. (De abstin. IV, 11, 13).

Altera vero series, ut videre est, Pseudophocylideam quoque complectitur; verum plura alia huc referenda, quae eamdem sibi moralem finem praefigunt, ut Philonis senioris et Ezechieli, quae inter exigua fragmenta Alexandri Milesii Polyhistoris recensentur.

Haec vero composita fuisse ante annum 80 ante Ch. n. Philippson in sua dissertatione quae inscribitur: « Ezechiel des jüdischen Trauenspielendichters auszug aus Egypten und Philo des aelteren Ierusalem (p. 11), ex eo argumentantur, quod Polyhistor eo anno vita functus est.

Quocirca, cum Pseudophocylidea propter moralem finem, uti supra diximus, ad eamdem seriem spectet, tempus, quo exarata fuerit, terminaturus, adduci non possum ut annum octogesimum transiliam. Consistendum igitur censeo quattuor inter priora lustra primi saeculi ante Ch. n. Exactius causam hanc totam definire velle, intemperantis mihi ingenii videtur.

Bernays et Goram, ut diximus, Pseudophocylidem Aristobuli Iudaei philosophi aristotelici discipulum suspicantur; quod inde unice comprobare possint, quod vss. 42-82 quattuor cardinales virtutes attingens, Peripateticorum disciplinam secutus sit. At debilis haec sane, immo infirma ratio, cum illud omnibus illius temporis philosophis maxime vero neopythagoricis in suis moralibus tractationibus commune fuerit.

Ceterum carmen pseudophocylideum opus esse sequioris aetatis vel grammatica et lexicon nobis suadent, Locutiones sequentes notatu dignae sunt:

— *εὐθὺ δίδου* vs. 22; *ἀπόλειψον* (vs. 77). Optimi quique scriptores — *ἀπόλιπε* — dicere consueverunt; primum aoristum contra posteriores Graeci crebro usurparunt.

πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει (vs. 79). *Πρὶν ἐὰν μή,*

tempus conjuncte elatum significans, post propositionem principalem negantem, conjunctivum modum cum *ἄν* expostularet.

— *καλὸν* ...... *ἤ* (vss. 81-2): *ἤ* — quam — vocem antecedentem comparativam vel huius vicem gerens verbum (cfr. Theogn. [1]) vss. 145-6) sibi vindicaret.

τελέθονται vs. 104. Inusitatam verbi — *τελέθω* mediam formam puto potius corruptam esse serius, nam in ipso carmine invenio (vs. 75) formam: — *τελέθουσιν* — et (vs. 170) *τελέθει*. Lexicon cum vocabulis politiorum inter LXX interpretes maximam partem coit; nonnulla tamen *ἅπαξ λεγόμενα* et sequioris aetatis propria affert:

Vs. 1 — *γαμοκλοπέειν* — verbum hoc apud Pseudoph. tantum: (— *γαμοκλοπία* — apud Or. Sibyll. et — *γαμοκλόπος* apud Nonn. D. 3,377).

Vs. 15 — *ἑτερόζυγος* (cfr. Lev. XIX, 19) adject. sequioris aetatis pro: — *ἑτερόζυξ, ος*.

Vs. 18 — *ἐπαράσιμος* — *ἅ. λ.*

Vs. 24 — *ἄστεγος* (et vs. 27) jam a LXX usurpatum.

Vs. 26 — *ἀπερίστατον* — einsam, hülflos apud Pseudoph. et Diog. Läertium VII, 5; aliud significans apud Polib.

Vs. 31 — *εἰδωλοθύτων* — *N. T.*

Vs. 44 — *βιοφθόρε* — *ἅ. λ.*

Vs. 49 — *πετροφυής* — Primus Pseudophocylides hoc adjectivum usurpat, deinde scriptor sibyll. et Dioscorides (v. Lex. Sophocles).

Vs. 54 — *πολύολβος* — quod ante Pseudoph. nemo usurpat, posterius vero Dionys. Per., Coluthus, Agathia.

---

[1]) Fortasse forma — *τελέθονται* — e Sibyll. libris derivatur; ubi similiter leguntur: — *τελέθονται, τελέθοντο, τελέθεται* etc.

Vs. 56. — *ἄτυκτον* — a Pseudoph. et a poster. scriptor. usurp.

Vs. 60 *πλεονάζον* — Idem.

Vs. 73 — *ὑψώμασι* —; *ὕψωμα* — das Erölten egstz von *ταπείνωμα*: Plut. Sap. Sept. conv. 3 M. (Pape); *ὕψωμα* — altitude in astrology and geometry apud Cleom, 27, 32; — *ὕψωμα πόλου* — Tetrab. 48 (161 a) (Sophocles).

Vs. 78 — *ἀντιφυτεύει* apud Pseudoph. primum invenitur; postea apud Greg. Nyss. (Sophocl.).

Vs. 91 — *τραπεξοκόρους*.

Vs. 96 — *ἀκατάσχετα* — jam apud LXX (Iob. XXXI, 11.), (Macc. XXVI); postea vero apud Plutarchum et Flavium Ioseph *('Iουδ. 'Αρχ.)*.

Vs. 99 — *ἀταρχύτοις*.

Vs. 133 — *ἀποτρωπᾶσθαι ἅ. λ.*

Vs. 135 — *κλοπίμην* — jam apud LXX (Ps. 154).

Vs. 140 — *συνέγειρε* — non prius usurp; posterius vero a Plutarco *(συνεγείρειν λύπας καὶ θρήνους.)*

Vs. 147 — *θηρόβορον* — *ἅ. λ.* (*θηριόβορον* apud Man. 4. 614).

V. 156 — *σκυβάλισμα* — *ἅ. λ.* (— *σκύβαλον* apud LXX et post.).

V. 157 — *ἀνυβρίστως* — adverb. seq. aet. pr. (apud Herm., Theod., Procl.).

Vs. 161 — *γεηπονίην* — vox sequioris aetatis propria (cfr. *γεηπόνος* apud Heracl. Antiph.; *γεωπονικός* apud Philonem.).

Vs. 167 — *νεοτριβές* — *ἅ. λ.*

Vs. 174a — *μυριότρητα* — vox seq. aet.

Vs. 674b — *κηδομοῦσα* — *ἅ. λ.*

Vs. 188 — *βατήριον (λέχος)* — *ἅ. λ.*

Vs. 193 — *ἀκαθέκτως* — *ἀκατασχέτως* ut adv. *ἅ. λ.*; ut adject. apud LXX (Iob. 31,11) et Philon.

Vs. 199 — *πολυχρήματος* — adjectivum est in soluta oratione sequioris aetatis dumtaxat adhibitum (cfr. Bergk. Kritische Beit. 2. Ps. p. XX).

Vs. 202 — *ὑφιτένων* — adject. seq. aet.

Vs. 210 — *πλοκαμηΐς* — Voces in — *ηΐς* — cadentes (ut — *θρεδακηΐς, δρεπανηΐς, μεροπηΐς* . . . . .) propriae sunt poëtarum serioris aevi, praecipue vero Alexandrinorum (Bergk. Krit. Beit. s. S. Ph.).

V. 221 — *ὁμήλικα* — adv. s. aet.

V. 225 — *ἐπονειδίζων* v. s. ae. (Cfr. Lex. Pape, Soph.).

V. Aliqua adhuc carminis Pseud. corrupta supersunt, ut admonet Bergk:

Vs. 101: . . . . . *καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.*
ita : . . . . . *μὴ δ. χ. ὄ.* corrigendus.

Vs. 103: — *καὶ τάχα δ᾽ ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν* fortasse corrigendus est hoc pacto:

— *καὶ τάχ᾽ ἂν ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐ. φ. ἐ.* —;

plerumque enim verbum: — *ἐλπίζω* cum modo infinit. et partic. *ἂν* conjungitur.

V. 153: — *ἐργάζευ μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς* — ubi participium — *μοχθῶν* — minime accipiendus est; bene emendatur, mutato *μοχθῶν* in *μόχθων*: (cfr. Crus.).

— *ἐργάζευ, μόχθων ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύῃς* —

(idest: ut proprio vivas labore confer. Bergk. l. c.).

De iis quae ad dotes attinent istius carminis, ita mentem suam Scaliger aperit: « Neque enim puto ullius veterum carmen extare, quod cum poësi hujus Phocylidis aut elegantia aut nitore verborum conferri possit ». Quae quidem laudes modum excedere videntur; at, ut Goramius illum excusat, veri simile est Scaligerum poëma hoc non cum totius graecae antiquitatis, sed tantum cum sequioris aetatis operibus conferre in animo habuisse.

Ceterum auctoris ingenium pensare ex poëmate,

quale nostro tempore circumfertur, iniquum esset, quod, emendata licet, studio et cura Bernaysii, Bergkii, Goramii, Ludwigii, carminis lectio, interpolatis suaque sede exturbatis versibus, scatet. Cujus quidem damni ea afferri causa potest, quod, in scholarum utilitatem assidue adhibitum, poëma a Byzantinis studiose saepius retractatum fuerit. Scribarum quidem imperitia textum passim varia lectione corrupit; diversa Byzantinorum pronunciatio [1]) ambiguum non semel verborum sensum fecit: vocabulorum syllabae postremae imminutae, ipsae Byzantinorum correctiones et interpolationes, eaeque, saepius temporis processu depravatae, misere peëma totum perturbarunt.

Certum est nec nitore nec verborum cultu Pseudophocylidem commendari, sed tenui dicendi genere uti. Cujus carmen in historiis litterarum graecarum post *τὰ* « *Χρυσᾶ ἔπη* » quae supra expendimus atque cum Pseudophocylidea comparavimus, recensendum esse etiam Goram fatetur. Neque vero illud e collectionibus lyricorum extrahendum esse credo, cum nobis vestigia plurima veterum poëtarum aureae aetatis referat, mediumque intercedat antiquam inter et recentiorem *γνωμικῶν* poësin.

Debitam ideo illi sedem Crusius in sua Anthologia assignavit.

Doctor Almus Aloysius Zanolli

[1]) qua diphtongi *ει*, *οι* cum *η*, atque *αι* cum *ε* permutabantur: nec non ratio scribendi qua *κ* cum *η* (cfr. Bergk op. cit.).

				ERRATA	CORRIGE
Pag.	7	riga	2	saeculi	seculi
»	9	»	2	deesent	deessent
»	»	»	33	necne	necnon
»	10	»	34	*κοινός*	*κοινὸς*
»	33	»	18	*ἴνα*	*ἵνα*
»	34	»	33	*δέ*	*δὲ*
»	43	»	2	Si	si
»	»	»	33	*άπντες γὰρ ξενίης πειρωμεθα*	*πάντες γὰρ ξενίης πειρώμεθα*
»	44	»	16	*τροχός*	*τροχὸς*
»	45	»	5	esso	esse
»	47	»	34	*ἄν*	*ἂν*
»	53	»	14	*μήδ' ἐπιορκησης μητ'*	*μήδ' ἐπιορκήσῃς μήτ'*
»	»	»	20	Praelerea	Praeterea
»	»	»	29	*προς*	*πρὸς*
»	58	»	12	peëma	poëma